[illegible] Vekene,

[illegible] No. 9

CORONA-TIO CAROLI .V. CAESARIS AVG. APVD AQVISGRANVM,

PER

Hartmannum Maurum Hermanni Archiepiſcopi Colonien. Conſiliarium, qui ei coronationi interfuit, deſcripta.

Sabinus Electionem & conſilia: hic rei geſtæ in coronatione, ac pompæ celebritatem continet.

Cum gratia & priuilegio Cæſ. ad decennium.



Coloniæ Henricus Mameranus excudebat.
Anno. 1 5 5 0.

Sebastian Hartman. D. Can. Vratisl.

J.D.B. 1713.

DE PRIVILEGIO
GENERALI HENRICO
Mamerano per Cæſ. Maieſt. conceſſo.

Cautum generali Priuilegio Cæſareo eſt, ne quis quoſcunque libros, ſiue ante impreſſos, ſiue nō impreſſos, Henricus Mameranus Typographus Colonien. per ſe impreſſerit, uel per alios imprimi curauerit, intra decennium ab eorum ſingulorum prima æditione, imitari & imprimere per ſe, uel alios audeat, ſub pœna ſuſpenſionis ab officio, & confiſcatione omnium eorum librorum, inſuperq́; 6. Marchatorum auri puri: partim ærario Imperiali, partim dicto Mamerano, eiuſue fratribus aut hæredibus irremiſſibiliter exoluendarum. Bruxellæ. 17. Maij.

Anno. 1550.

CAROLVS.

Vidit Antonius Perrenotus

Ad mandatum Cæſ. & Cath. Maieſt. proprium.

Ioannes Obernburger.

A tergo.

ta
R. *Paulus Pfintzing.*

EPISTOLA.

REVERENDO ET MAGNIF. VIRO DN. IOHANNI LILIO IVR. DOCTORI

Reuerendiß. Colonien. Sigillario, ad S. Gereonem Canonico, ſuo Patrono ſingulari.

Nicolaus Mameranus S.

GEORGII *Sabini de coronatione* CAROLI .V. *Cæſ. apud Aquiſgranum. libellum per fratrem meum hic typis excuſum, cum nuper legendum tibi offerrem, Magnif. Doctor, aiebas habere te de coronatione Cæſaris libellum quendam, neſcire tamen, Sabini, an alterius eſſet: tum ſtatim uidere eum cum geſtirem, iußiſti per puerum afferri ſuper menſam, quo conſpecto, uidi non eſſe Sabini, ſed cuiuſdam Hartmanni Mauri quondã Hermanni Archiepiſcopi Colonien. Cõſiliarij & Adſeſſoris Cameræ Imperialis Spiræ. Quem libellum antea nunquam uidi, neque æditum eſſe unquam audiui, & tamen Nureinbergæ per Fridericũ Peypum an.* 1523, *impreſſus eſt, & quidem elegante charactêre. Cum itaque cernerem hunc præter coronationis celebritatẽ, quã exacte deſcribit, utpote qui ipſemet præſens illi interfuit, etiam quædam ſecreta Imperij, nequaquam ſcitu indigna, & quæ ab obliuione & ignoratione uindicari deberent, continere, plane cenſui & ipſum publicandum,*

idq́ ad Imperij pariter ac lectoris uſum & commoditatem: eumq́ ad te potiſsimum, unde prodiſſet, & cui lucem ac uitam deberet, dirigere. Quem ut ſub tuū rurſus Patrocinium recipias, & ipſe de tenebris per te erutus, ſupplicat: & ego qui ipſum communicatum, publicari curaui, te pro tua in me perpetua beneuolentia, obſecro & obteſtor. Vale.

Coloniæ. 10. *Calend. Aug.*
Anno. 1550.

DE

SERENISSIMO, ILLVSTRISS.Q. PRINCIPI, ATQVE DOMINO, D. FERDINANDO,

Hiſpaniarum Principi, Archiduci Auſtriæ, Duci Burgundiæ, &c. Cæſ. Maieſt. per Germaniam ſupremo Vicario, gratioſiſſ. D. ſuo Hartmānus Maurus, legum Profeſſor, offert immobilem fidem, uoluntariamq́ ſeruitutem.

SERENISS. atque illuſtriſſ. Princeps, gratioſiſſime Domine, aliquanto ante fauſtiſſimam coronationem inuictiſſimi Hiſpaniarum Regis Catholici, fratris Serenitatis tuæ amantiſſimi, in Romanorum Regem Principum Electorum conſiliarij uocatu, Regiæ Maieſt. cum generoſo atque præſtrēnuo uiro Florentio de Yſelſtein, Comite de Egmunda, Regio tunc magiſtro equitum (Aquiſgranū ad apparandum cuncta, ne qua res Cæſarem moraretur) præmiſſo, de cærimonijs tantæ celebritatis rite exequendis, aliquandiu ſimul commentati, ob in medium exhibitas diuerſas ſchædas olim ab imperitis annotatas, non parum difficultatis atque moleſtiæ, antequam in unam ſententiam conuenirent, habuêre. Quapropter uiſum eſt Domino Laurentio operæ precium fore, tanti ſacri ritus (quos non, niſi ordine tractari conueniret) aliquando ſimpliciter, atque uere literis ſigillatim quemadmodum oculis ſubiecti fuerunt, commēdare: ut ea re, tū populi ab eo, in quo hactenus uerſati errore, liberentur: tum poſt futurorum quoq́ qui-

eti(præſciſis tam ineptis altercationibus) conſuleretur. Tametſi uero iuſſu eiuſdem hanc tam magnificã feſtiuitatem utcunque iampridem tumultuario profecto ſtudio, uerbisq́ plane caſtrenſibus obiter, aliaq́ iuxta agendo conſarcinaſſem: imbecillitatis tamen meæ conſcientia deterritus, conſtitui primũ has meas qualeſcunque ineptias ſic comprimere, ut nunquam emanarẽt. Sed cum interim multi multa de his reb. temere ſcriberẽ, rerumq́ ex confeſſo falſarum admixtu, hanc tam illuſtrem atque ſplendidam dignationem commaculare non erubuere. Nec gentes, quibus aquilæ acerbitati, nomenq́ germanum ſempiterno odio diuinis illis honoribus ſuo more maligne interim detrahere ueritæ ſunt, non potui me ulterius cõtinere, quin has meas pertenues lucubratiunculas (pro perenni paruitatis meæ erga Cæſareã Maieſt. deuotiſsima fide) rurſus deſcriptas, tuæ Serenitati (ob hoc potiſsimũ, quod eo tempore, quo Regales honores impendebantur, Serenitas tua Bruxellis ſubſiſtens, fraternæq́ ut opinor Maieſtati cedens, aut ne uno loco orbis ſalus periclitaretur, fraternos honores coram (quod unicum tantũ maxime lætitiæ, exoptatiſsimæq́ congratulationi defuit) ſpectare non potuit, humillime offerrem. Vellẽ nihil magis, quam quod dignæ lectu forent. Sed cur hoc haud ſatis cogitata ratione uotis expoſco? cum non debeam animo præſumere propter meam impolitam ſcriptionem tanto fulgori, unde manantibus radijs terræ mariaq́ illuſtrantur, quicquam lucis atque ſplendoris acceſſurum, cum eius generis res ſint, quæ proprio ſuo rutilante iubare abſque ſubminiſtratis collecticijs igniculis ſatis exſplendeſcant, & ſine orationis phale

ris atque pigmentis, eo ipſo quod nudæ ſolum ueritatis reſpectus habitus ſatis digne quæ legantur. Proinde ſtudij mei certiſsimum iudicium tuæ Serenitati, quam ingeniolum probari malim. Foueor tamen bona ſpe, hunc meum laborem dupliciter tuæ Serenitati acceptũ fore: cum quod coniunctiſsimi fratris diuinos honores (quibus eadem Serenitas tua ob effuſiſsimam fraternam beneuolentiã nõ ſecus q̃ proprijs delectatur quaſi ob oculos præſcriptos (ubi per aliarum rerum occupationes licuerit) legere poterit: tum quod tuæ quoque Serenitati perbreui (ſi modo communia omnium pene mortalium uota fœlices (de quo non ambigo) procurſus habuerint) uſui aliqua ex parte eſſe poterunt. Sed ut finẽ faciam optime Princeps ſi hũc ſucciſiuũ laborẽ meum læto, ſerenoq́; uultu benigne ſuſceperis, neque officioſam ſedulitatem meam penitus improbaueris, & laborum præmium me abunde cœpiſſe putabo & maiora pro gloria tuæ Serenitatis omnibus ingenij, corporisq́; neruulis multo alacrius conabor. Hilarem te atque fœlicem optime Princeps (ut ille olim Traianum iuſtiſsimum Cæſarem) & priuatim & publice opto.

DE CORONATIONE CAROLI .V. IMP. PER Hartmannum Maurum Conſ. Archiepiſcopi Colonieñ.

POMPAM proximæ Coronationis qua haud ſcio, an noſtra ætas magnificẽtiorem vnquam videbit, ideo rudi, caſtrenſiq́ꝫ latinitate ſcribere ſtatui ne de tam celebri feſtiuitate apud ſucceſſiuam poſteritatem, inepta aliqua diſceptatio, quemadmodum in p̃ſentia ob diuerſiſſimas adnotatioẽs tempore coronationis Diui Maximiliani factas, vſuuenit, ſuboriatur. Accedit quod nõ deſunt, qui ea ipſa, quæ proxime omniũ

pene

pene mortalium oculis ſubiecta fuere, alio longe modo atq; geſta ſunt, in publicum temere incogitataq; ratione ędere nō erubuere, permulta quæ non contigere referendo. Verum non tantum mihi ſumo, vt non arbitrer, perplures hanc tam ſplendidam relatu materiam, pro illuſtriſſima ſua dignitate inquiſitius, expolitiusq; literis mandare, æternitatiq; conſecrare poſſe. Sed qa omnibus pene præhabitis conſultationibus a Reuerendiſſimo Domino Archiepiſcopo Coloniensi, vocatu Cæſaris Aquiſgranum præmiſſus cum alijs Principum electorum conſiliarijs allatis antiquis monumentis interfui. Propterea citra arrogātiam

 (vt

(vt opinor) polliceri poſſum, rē me totā ex fide ſimpliciter vt geſta eſt, veriſſime traditurum, enixurumq́ȝ, ne quicquam a me prę termiſſum videatur. Illis autem qui forte me operā non ſatis vtiliter collocaſſe putant, hoc tantū reſpondeo: Aequiſſimum mihi videri, dare nos dyadematibus Imperatorum, penes quos infinitus cūcta gubernandi labor cōſiſtit, veniam, ſi modo laureis, hæderarijs, gramineisq́ȝ tātopere celebratis coronis eandem impetrare voluerimus.

Quanquam deſtinaſſet Imperator poſt fœliciſſimū in Belgas aduentum die S. Michaëlis coronari, Principesq́ȝ vt præſto adeſſent, ſeq́ȝ ad pręſtitutam diem

em Aquiſgrani ſiſterent, per epiſtolas hortatus eſſet, ob vrgentes tamen (quæ inciderunt) cauſas, res primo in ſextã diem menſis Octobris alijs literis dilata, quib. licet Imperator certã quoque ſpem faceret, præſcripta die ſeſe omnino Aquiſgranum venturum, peteretq́ꝫ, quo oĩa maturius ꝑagerent̃, vt quiſqꝫ Electorũ cõſiliarium cõmentãdi cauſa de cæremonijs coronationis ex more ꝑficiẽdis ad generoſum & ꝑſtrenuũ virꝫ Florentiũ de Iſelſteyn, Comitẽ de Egmũda, Regiũ magiſtrũ equitũ Aquiſgranũ p̃mitteret, ne rebus inapparatis Regia Ma. in loco peſtilẽtiæ obnoxio, lõgiorem moram trahere cogeret̃. Increbreſcẽte autẽ

inte-

Literæ trium Electorũ ad Regem.

interim deſeuientis in Aquiſgrano peſtis rumore, auctoq́ꝫ (vt fit) in maius, Archiepiſcopus Moguntinus, Comes Palatinus Rheni, & Dux Saxoniæ, Regis aduentum in Colonia Agrippina præſtolantes, miſſis cõtinuo literis, magnis precibus petiere, vt Imperator ob tam probatam, euidentemq́ꝫ cauſam, tam ſui q̃ꝫ Principum reſpectu habito, aliũ coronationis locum indiceret. Cum autem parum moræ anteq̃ꝫ Principib. reſponderetur, interceſſiſſet, ciuesq́ꝫ Aquiſgraneñ. Coloniam ad Principes oratum miſſi, impenſiſſimis precib. nihil profeciſſent, ſtatuerunt Principes electores communi conſilio, miſſa ſolenni legatione prius peti=

petita inſtãtius flagitare. Nobis autem in itinere exiſtentibus, ad priores literas Regia Maieſt. reſcripſit, quod ad cauſam tantę neceſſitatis deſideratis Principum annueret, atq; Nicolaũ Ziegler Vicecancellarium poſt factum ad eos cum mãdatis deſtinaret. Sed legatio Principum electorũ actarum rerum ignara, cœptum iter continuauit, quæſitoq́; fruſtra Rege in oppido Hoy apud Eburones, Ditioĩs Epiſcopi Leodieñ. cuius ibidem munitiſſima arx viſitur, in ſequẽti die Louanij Regiam Maieſt. conuenimus: Poſtridieq́; bene mane poteſtas dicendi qd petitũ venerimus facta conſilio introducti, mandata quibus accepimus verbis

Legati electorum ad Regẽ.

Nicolaus Ziegler.

bis pergemus, locutusq́ eſt D. Sebaſtianus de Rothēhan eques germanus, Iurisq́ profeſſor, lingua Alemana in hãc ferme ſententiam.

Oratio nomine electorum habita per D. Sebaſtianum de Rothēhã.

Principes quidem Electores ad Regia beneplacita ſemper paratiſſimos fore, ſed vereri, ne dũ ſtudeant obſequi ſuæ Maieſt. & Regẽ & ſe in manifeſtũ, periculoſumq́ ignem conijciant, indies magis magisq́ peſtẽ digraſſari. Ideoq́ ob eã qua Regiæ Maieſt. aſtringeretur fidem atq; deuotionẽ Principes cõſulere, rogitareq́, ne ſe temere cum Principibus tanto periculo committeret, ſed etiam ſuæ Maieſt. vnde totius orbis, q́ Principũ Electorum ſaluti cõſuleret. Comes

Vuil-

Vuilhelmus de Nuenar & nos, qui a Domino Archiepiſcopo Colonienſi, miſſi eramus, licet eadẽ ex animo poſtulaſſemus, tamẽ præter ea petitum, oratũq; nos deſtinatos diximus, vt vide licet Regia Maieſt. in hac ſi qua viſa loci commutatione rationẽ iuris atque eximiæ prærogatiuę de non commutãdo, neque nouando quicquam ex his, quæ ad coronatioẽm, locumq; eius ſpectant, Principe noſtro inſcio, habere dignaretur: eueſtigioq; exhibuimus vberrimas archetypas nobiſcum allatas diui RVPERTI Roma. Regis Coloniæ coronati literas, quæ documento eſſent inter alias inclytæ Eccleſiæ Colonieñ. hanc quoque

Eximia prærogatiua Eccleſiæ Colo.

Rupertus rex Coloniæ coronatus.

que prærogatiuam competere, vt Colonienſis Archiepiſcopus quocunque loco ſuæ prouinciæ ſuo arbitratu coronationi locū præfinire poſſet. Dominus Florentius quoque (vir, vt omnibus virtutibus, ita humanitatis quoq; laudibus inſtructiſſimus) vbi reſciuit, quamobrem legati Principū amandati eſſent aduocatione ciuium ſuſcepta, ne qui ſuo incitatu ſupra vires pro expediendis hoſpitijs, comparādisq́; edulijs impendia fecere irrecuperabiliter damnificarētur: neue apparatus per eum ſummo labore, vt tantæ multitudini pateret receptus irritarentur, citatis equis poſtridie quam Aquiſgranum egreſſus, feſtinato itine

re

re Regem Louanij aſſecutus, ali quanto ante aduentum legatorũ Regiæ Maieſt. omni ratione affirmauit, peſtem non tam vehementem eſſe, neq; tam late deſeuire, ſicut ſupra fidem veri diſſeminatum eſſet. Ea igitur admonitione, etiam quia a Regib. Romanis (vt vulgo perſuaſum) quaſi pro dono vrbi Aquiſgranenſi olim Gallicanarum prouinciarũ capiti aſſignata ſedes Regia & ab hac gente velut hereditaria ſemper obtenta, effectum eſt vt mox vbi hæc cõperta, in diuerſum demutata ſententia legatis Principum haud diu dilata conſultatione ad hũc modum reſpõderetur per D. Georgium Lamperter Iuriſperitum, a cuius ore

Sedes Regia.

D. Georgius Lamperter.

velut beato quodam æloquẽtiæ fonte ideoma Germanicum manabat, Imperatoriã Maieſt. antiqui moris reſpectũ habere, cõſtanter decreuiſſe, mentiq́ꝫ ſedere, nullibi, niſi in antiqua Carolorum ſede, regni dyadema aſſumere: non conſultum eſſe, ob leuem momẽtaneamq́ꝫ cauſam ritum coronandi priſcum aduerſum præſcripta bullæ aureæ Caroli nouari. Et quia Maieſt. ſuæ compertum, morbi vim nõ tam late vagari, ſicut falſo rumore ad Principum aures delatũ, ideo ob expertã Principum erga ſuã Maieſt. beneuolentiã, ſe non dubitare, quin Principes Electores eo cõuenirent, quo Ma. ſuam tẽdere viderint. Et quia aureæ bul
læ

læ mentio facta, addam hic non intempeſtiue vnum, vt opinor non vulgo cognitum. Quanq̃ Carolus quartus Imperator bulla aurea ſtatuerit, Regũ Romanorum deſignationes Frãckfordiæ apud Moganũ cœlebrari debere, idem tñ Carolus, aureę bullæ cõditor, ea quæ de Electionis loco ſtatuta contraria ſanctione ad prętextum, quod tantam Electioẽm loco reſtringi perabſurdũ foret, an. a Natiuitate Dñi M CCC. LXIII, palã reſcidit, ſumma (vt meũ eſt iudiciũ) ratione. Non eñ e Maieſt. tanti Imperij eſt, vt Principes ſemp circũ Rheni margines hæreant immobiles, fieriq́ poteſt, vt Imperator cum Electorib. procul in hoſtili

Locus Electionis.

ſolo degat adeo diſſito, vt intra præfinita bullæ tempora nullo pacto Francfordiã attingere poſſint ad eligendum, ſi Imperator forte occumbat, aut in fata concedat. Hæc non ſcribo, quod putem temere maiorũ morem mutandum. Magni enim Prouinciales faciunt: teſte Iuriſconſulto: ſeruari ipſis antiquas cõſuetudines: Sed quod non ſit Principib. neceſſitas impoſita, ſolũ Frãckfordiæ electionem celebrare: nõ me tamẽ latet olim extra Romanum agrum, qui Italia terminabatur, non potuiſſe dici dictatorem. Vix audeo aſſerere, quod hæc reuocatio omnes Principũ Conſiliarios, alijs maioribusq́ rebus intentos latuerit. Sed de his

his ſatis. Licet Legati hæc reſponſa referre iuſſi, tamen abſq; mora generoſus Dominus Maximilianus de Siebenbergen, magnæ ob integre adminiſtratam tumultuantem Sueuiam au toritatis Coloniam ad Principes reſponſum operientes miſſus, qui hortando monendoq́; nunc ſingulos, nunc vniuerſos tãdem effecit, vt Principes ſe: in poteſtate Regis futuros eſſe dicerent, morem voluntati Regis geſturos, imperataq; obedienter facturos, ſequuturosq́; quocunq; Rex voluerit, etiã Aquiſgranum: magis profecto diſſimulato q̃; ſpreto periculo rati hanc ſolicitudinem non plus tridui futurã. Solus Dux Saxoniæ

Maximilianus de Siebenbergen.

Fridericus

Fridericus Dux Saxoniæ officij cupidior: q̃ pecuniæ

Fridericus: cui inclyta gloria integritatis nihil vnq̃ charius: ob aduerſam valetudinẽ Coloniæ manere cogebatur. Die igit̃ qua cõuenerat xxi. Octob. Col. Moguntinus atq; Treuireñ. Archiepiſcopi, Legatus Marchionis Ioachim. Aquiſgranũ ingreſſi, ciues inter ſpem metũq; dubios (plures eñ hebdomadę interceſſerãt, cum res parum certa videbat̃) maximopere exhilararunt. Statim atq; Principes equis deſcẽdiſſent, Mareſcalci ſiue Magiſtri equitum ſingulorũ Principũ in hoſpitio Marchionis Caſimiri conuenerũt, conſultaturi, p̃ſente Dño Florẽtio de Yſelſtein, cęteriſq; Regijs Cõſiliarijs, quo ordine ꝓxima luce agmina Prin

Marchio Caſimirus.

ci-

cipũ ingrederent: ne ob contentionẽ antelationis aliquis tumultus atq; diſſentio aborireť. Et licet diuerſitas antiquarũ annotationũ difficultatẽ peperiſſet, oĩm tamen vna atq; inuariabilis ſentẽtia fuit, atq; ita cõuenit, vt Principum Electorum agmina iunctim & ex ordine abſq; aliorum admixtu, per debita interualla ingrederentur.

Cœna peracta, primarij Regis Conſiliarij, principes, viri, ampliſs. honoribus vſi, inter quos erat Epiſcopus Leodieñ. Princeps fidei, pietatisq́; immobilis erga Cæſarem, Dominus Florẽtius, Dominus de Siebenbergen, acceſſerunt Archiepiſcopum Colonienſem coronatorẽ,

Epiſcopus Leodien.

deq́ꝫ ratione Coronationis com municarūt. Inter alia autem diſceptabatur, an die Sancti Seuerini, quæ inſtabat coronatio rite expleri poſſit, ex quo is dies apud incolas non foret cœlebris. Preſul Leodienſis: in cuius diœceſi Aquiſgranum conſiſtit: aſſerebat, omnis dubitationis pręſcindendę cauſa ſeſe iuſſurū proclamari, vt pro cœlebri vel in foro feriaretur. Complacitūq́ꝫ omnibus, vt is dies feſtus haberet̃. Nec hoc cuiquam abſurdum videri debet, tametſi enim Epiſcorum conſecrationes ex more ſolum dieb. dominicis fiant. Hoc tamen in vnctione Regum (quæ nihil ſignificant: q̃ꝫ quod datam cœlitus potẽtiã leuiter placidęq́ꝫ
eos

eos exercere conueniat) haud o-
pus fuit ſeruare, hoc potiſſimum
tempore, et in tanto contagionis
metu atq; trepidatione nihil mi-
nus expediebat, vbi etiam ex di-
ligenti temporum ſupputatione
liquido conſtat, neque Fridericũ
Cæſarem, neque qui eum pręceſ
ſit Sigiſmundum, die dominica
fuiſſe coronatos.

Poſtera die Principes electo-
res præter Archiepiſcopum Co
lonienſem, qui alijs rebus inten-
tus in hoſpitio manſit, aſcende-
runt domum Senatoriam inferi
orem, habitaq́; conſultatione de
ſingulis, vlterius aſcenderunt ad
videndum ordinem mẽſarum:
reliquumq́; apparatum: defere-
banturq́; ante eos dum aſcende-

rent deſcẽderentq́; publice ex iure Regaliũ vaginis exempti enſes: nondum enim ſuprema poteſtas aduenerat.

Prandio facto, omnis ætas ſexusq́; vltra Italicum miliare ſeſe ad ſpectandum effudit, Principesq́; cũ armatis agminibus Cæſari obuiam prodierunt: & cum haud lõge proceſſiſſent, apparuit Regia Maieſtas cum ornatiſſimo equitũ peditumq́; exercitu, quę cũ perueniſſet ad locũ æditiorem, ad inſtruendum explicandumq́; ordines militum, atq; cõponendũ agmina, oportunũ ad hoc a Dño Florẽtio Mareſcalco p̃meditatũ (per viã quippe quã Regiã incolæ noĩnant difficilis in vrbem aditus patebat, aliquã‑

diu

diu Regia Maieſt. ſubſtitit e cõ‑
ſpectu in loco eleuatiore interia‑
cẽte patẽte atq; equitabili cãpo,
Principũ Germanorũ agmina ſi
militer expectabãt, donec Mar‑
chio Caſimirus, & D. Florentius
ordines diſponerent, agminaq́;
explicarẽt. Cũ aũt Regia Mai. ſe
ſe mouere cœpiſſet, atq; iã in con
ſpectu Principum electorũ eſſet,
ſinguli Principes aſſumptis. xij.
Comitib. cæteriſq; ſubſiſtere iuſ
ſis, Regiæ Mai. obuiã propera‑
rũt, deſiliẽteſq́; de equis ſinguli
cum quatuor cõſiliarijs Regiam
Mai. equo etiã deſcẽdere nitẽtẽ,
pmanere coẽgerũt. Dein reuerẽ
tiſſime honorificentiſſimeq́; per
Archiepiſcopũ Mogũtinũ exce
perũt, q in hũc ferme modũ lin‑
gua

Oratio electorũ ad Regem.

gua Teutonica verba fecit. Illuſtriſſime, inuictiſſimeq́ REX, gratioſiſſime Domine, fratres mei Principes electores, etiam Legati illuſtrium Principũ Ducis Saxonię, Marchionisq́ Brãdenburgẽſis fratrum meorum, & ego, venimus vocatu veſtræ Maieſtatis eidẽ obuiam. Quantum autem nos omnes de fauſto fœliciq́ aduentu veſtræ Maieſtatis in ſacrum Romanum Imperium et Germanicam nationẽ gauiſi ſumus, haud dubie veſtra Maieſtas partim a noſtris perſonis, partim ab ambaſiatorib. noſtris gratioſe ſufficienterq́ didicit. Nunc vero magis exhilaramur, eo ꝙ datur veſtræ Maieſtatis optatiſſimam deſideratiſſimam

mamq́; perſonam videre, colloquiq́;. Cum eadem paratiſſimi ergo adſumus, ad ingrediẽdum cum veſtra Maieſt. vrbẽ Aquiſgranum, operam ſtudiumq́; nauare ad explẽdum laudabiliſſimum veſtrę Maieſt. propoſitũ, exequendumq́; munus coronationis. Denique ad agendũ, pertractandum, conficiendumq́; omnia, Deo adiutore, quę ad eam rem aliquo modo pertineãt, atq; requirãtur, nos, ſtatusq́; noſtros veſtræ Maieſt. vt Domino noſtro gratioſiſſimo obſequentiſſime commendantes.

Cardinalis Saliſburgẽſis.

Dominus Cardinalis Saliſburgẽſis, homo pro anxia ſua diligentia atque virtute dignus, ꝙ tam fidis eum fortuna vberibus alu

aluerit, iuſſu Regiæ Maieſtatis hortatus, Principes reaſcendere equos, nomine Regis Principes reſalutauit: eorumq́ꝫ beneuolentiæ gratias agens, dixitq́ꝫ Regiæ Maieſtati, ob perſpectam erga ſe Principum amicitiam, gratulationem eoꝝ probatiſſimam eſſe: nec minorem voluptatem de amiciſſimorum principum ſuorum conſpectu cœpiſſe poſt mutuam ſalutationem. Continuato familiari colloquio, extrahebāt tempus in Palatini aduentum, q eadem die, abſque eo ꝙ deſcendiſſet equos, ciuitatem pertranſiens, Regi ante portas obuiā venit, qui ſimiliter Regem excepit, & rurſum equū aſcēdit. Dumq́ꝫ hęc agebantur, parum erat vltra

ho=

horam ſecũdam poſt meridiem, ſic, ꝙ niſi inepta altercatio atque concertatio, inter Legatum Ducis Saxoniæ, Principem de Anholt, & Ducem Iuliacēſem, vter eorum præequitaret, incidiſſet, potuiſſet ornatiſſimus ſplendidiſſimusq́ꝫ exercitus Regius (ad quem viſendũ, die opus fuiſſet) ſumma luce, die ſereniſſima lucidiſſimaq́ꝫ ciuitatem ingredi, q̊d magnopere Regia Maieſt. cupere videbatur, eo ꝙ pridie q̃ꝫ ingrederetur, in arce quadam non vltra ſeſquimiliare diſſita, pernoctauerat. Dux etenim Iuliacenſis, quia prope quadringentos equites inſtructiſſimos in campis habebat, non tam aurata atqꝫ diſcolori veſte, q̃ꝫ ferro atqꝫ ære ful-

fulgentes, nō ſuſtinuit ſuos inter Germanos equites nullis ſecundos, nouiſſimo loco ordinari. Saxones vero ad antiquum morem, repertasq́ ſchædulas, quæ eis ſuffragabantur, prouocantes obfirmate vrgebant, aſſerentes, ſe quidem permiſſuros, vt Iuliacen̄. cum vigintiquatuor modo equitibus, in fidei publicæ eo loci ex iure præfecturæ dandæ, ſiue ſalui cōductus atque commeatus ſignum, præcederēt, quemadmodū retroactis temporibus omni ratione affirmabāt factū, iniuriosq́ eſſe Iuliacēſes, ſi vltra hoc pergerent, Principi eorum Archimarſcalco Imperij (cui ſtantibus, in campis Imperij, & expeditione exiſtētibus, competeret

Diſceptatio ob antelationē.

præ=

prærogatiua præcedendi, ordi-
nesq́ instruendi (contra irrefra-
gabilem, vetuſtiſſimumq́ mo-
rem, petita denegare. Nec potu-
it hæc pertinax pluſculis verbis
habita contentio, quę rem inter-
turbauit, diu ſedari. Multa igi-
tur deſuper collocuti, hãc vnam
viam (vt materia tumultus ſub-
duceretur) tandem inuenere, ꝙ
Dux Iuliacen. cum ſuis copijs, e-
ueſtigio ciuitatem abſque eo, ꝙ
hoſpitia ſubintrarent, ante omẽs
pertranſiret.

Itaque poſt innumeros pene,
qui varijs armis, veſtitu atq́ mo
ribus, partim armati, equis inſi-
debãt, partim vero veſtibus ho-
loſericis induti, mulis inhære-
bãt, venit Marchio Ioãnes Bran *Marchio Ioannes*

 den

Brandenburgen. denburgeñ. ille, qui Reginam̃ vxorem duxit Arrogoniȩ, in veſte aurea, cum aliquot equitibus leuiter armatis. Circũ eum currebant ſex expeditiſſimi pedites, ſerico diuerſi colore induti. Poſt Marchionem venit D. Ioannes Auſburger, cum. xxx. equitibus vexilliferis, clipeatis, geſtantib. oblongos pileos.

Pedites. Sequebantur inde tria millia delectiſſimorum peditum, ornati Germanicis ſecuribus, haſtis atque bõbardis, qui pagatim diſtributi: non longe ab Aquiſgrano venientẽ ex Eburonibus Cȩſarem aliquandiu expectauere: habebant ſigna militaria, ſi memini ſeptem, magna pars probe thoracib, armata fuit. Hi in quadra

drato agmine conſiſtentes, pri-
mo in campo, dum exercitus cli-
uum ad vrbem ducentem deſcē-
deret. Deinde ciuitatem ſeptem
& ſeptem pertrāſeuntes, cum ad
medium forum peruētum fuiſ-
ſet, ſimul quaſi ſigno dato, adeo
formidabilem ſonitum, terrifi-
caq́ tonitrua ſuis bombardis fe
cere, vt etiam inhorreſcerēt, qui
ſpectarent ex tuto, & abſque mo
ra, ſine eo, ꝙ dilaberētur, aut vſ-
quam ſubſiſterent, ciuitatem re-
cta egrediebant. Intrarunt poſt-
ea Senatores ciuitatis, & qui in
Magiſterijs municipalibus con
ſtituti, cum albis bacillis comiti
ua quadraginta equorum, hi ex
vſurpato more, Regiam Maie-
ſtatem, vbi ad fines eorū perue-

niſſet, ſumma cum obſeruantia deuotiſſimeq́ꝫ exceperunt. Reges quoque Romanorum coronandi, decretum electionis Magiſtratui oſtendunt, antequã patiuntur, Regem electum in ſoliũ Regale ſublimari. Ideo cũ tam Pontificis iuſſu, q̃ꝫ Principũ electorũ vnanimi conſenſu, Vuentzelaus Imperator: ob ſocordiã atque nequitiam, ſcripta ſententia, quam vidi atque legi, depoſitus: & in eius viuentis locũ Rupertus, Comes Palatinus ſuffectus fuiſſet, in ſedem tamen Regiam eũ collocari nequaquã permiſere: prætexentes præſtitã fidelitatem, pœnam tamen contumacię, paulo poſt multo ęre mulctatos luiſſe, nõ ignoro. Sed redeo

Decretum electionis.

Vuentzelaus depoſitus.

deo ad deſcribendum ordinem equeſtrium agminum, ſicut ante fuit cõuentum, ſequebatur Dux Iuliacen. cũ quadringentis prope equitibus, grauis, fortisq; armaturæ, decorisq; armis, conſpicuis continẽtibus ſignis: duo habebant vexilla, quorum vnũ altero minus, nigri coloris veſtitus: inſtar om̃es ferme, quemadmodum cõuentum fuit, vrbi exceſſerunt, perpaucis ad hoſpitia contra depacta diuertẽtibus. Saxones vero querebantur aduerſum habitam collocutionem actum, & aliquãdiu ſubſequi abnuerunt, ſicq; redintegrata altercatio (ob antelationis ineptã cõtentionem) rem in ſerum protraxit, multorumq; oculos gratiſſi- Iuliacen.

mo, iucundiſſimoq́ꝫ ſpectaculo orbauit.

Saxones. Tandẽ poſt longũ interuallũ, eqtes ſexaginta Ducis Saxoniæ nigro veſtiti, ſagittarij inſigniter gemmis ornati ſubſequuti ſunt.

Exigua intercapedine (p̃euntibus duob. cũ tibia atq; tympano quib. Germaniæ pedites vtunt̃) ſequebant̃ copię Dñi Palatini, equites haud pauciores ſeptingẽtis, in nigris veſtib. cum tubis & ferreis tympanis, hoꝝ ꝑpauci ſagittarij, reliqui oẽs haſtati: & inter eos multi cataphracti, hoc eſt vndequaq; ꝑarmati fuere. Equitibus em̃ equisq́ꝫ tegmẽta, aut ex laminis chalibeis ſerie inter ſe cõnexis: aut ex præduro corio depicto: ſiue auro ſericoue obdu-

cto

cta fuere: galeæ quoq; atq; capi-
tum geſtamina, gemmis, marga
ritisq́; diſtincta adornataq́;, mul
tum ſplendoris attulerunt. Licet
autem haſtæ eorum fuere breui-
atæ habiles, neque tantæ longi-
tudinis, quantę illæ ſunt, quibus
inferiores Germani vtũtur, nec
reliqua armatura tam grauis fu-
erit, iucundiſſimum tamen de ſe
ſpectaculum præbuerunt. Præ-
ter fratres germanos, ferunt Do
minum Palatinum plures alios
Principes, Comites atque illu-
ſtres, in ſua comitiua habuiſ-
ſe. Deinde quadraginta equi-
tes ſagittarij, qui in miniſterio E-
piſcopi Brandenburgeñ, legati
Marchionis Ioachimi, erãt indu
ti veſtibus, ſagisq́; diuerſi colori

bus: hos comitabantur centum xxx, equites Archiepiſcopi Mogũtini pari armatura, leui videlicet: atque ſagittarij rubeis veſtibus induti.

Moguntinen.

Poſt equites Archiepiſcopi Treuereñ ducenti, in nigris veſtibus haſtati, probe expediteq́ꝫ armati, cum vno æneatore.

Treuerē.

Poſt Treueros immediate ante Pegios ſatrapas, equitatus Archiepiſcopi Colonieñ. proximo loco intrauit, cum tibicinum cantu, inter quingentos equites haſtatos: grauis armaturæ nonaginta, tres cataphracti fuere apparatiſſimę armaturæ. Viri eñ atqꝫ equi inſigniter ornati iuxta ſplendebant, honoratioremq́ꝫ locũ ob hoc obtinuiſſe crediderim

Colonien.

quod Epiſcopus Colonieñ. coronator legittimus ſit, & Aquiſgranum in ſua prouincia ſitum. Treuiros vero autumo Moguntinẽſium conceſſu, eo quod inſtructiores fuere, proximum ante Colonienſes locum obtinuiſſe.

Poſt agmina Electorum incedebãt Regij aulici ditiſſimi, purpuratorum maximę amplitudinis, viri precioſiſſimis veſtibus induti, inſignesq́; excellẽtiſſimo cultu. Tam abundanti enim auro, gemmis atq; purpura vſi, vt (licet iam præceps in noctem diei tempus erat) tamẽ in dubia luce enitebant, cultusq́; eorum regalem plane opulentiam præ ſe ferebat, nulla profecto ab eis impenſarũ ratio habita. Fuere em̃

maiores Satrapę curiæ, atq; magiſtri curiæ interiores cubicularij, præſides, rectoresq́; prouinciarũ, ductores turmarum, & illi, qui aurei velleris dignatione honorati, Hiſpaniæ, Germaniæ, Burgundięq́; Principes. Et quia Regiorũ equitũ pene duo milia fuere, ideo non vno, ſed diuerſis agminib. turmatim ingrediebãtur, illatis per interualla decẽ vexillis, ſingula digeſto numero equitum ſubſequente. Horum equitum pars ſub Hẽrico Comite de Naſſau militabat, pars ductu Marchionis de Schiuerẽ regebatur, alij D. de Rabenſtein, item D. de Fenis: ſuberant nonnulli quoque D. de Emmeri, militabant nobiles adoleſcentes,

Henricus Comes de Naſſau.

qui

qui in Regia educantur, Regijs equis gradarijs inſidebant: omniumq́ pene gentium veſtitum, habitumq́ repræſentarunt, horum reſpectũ Regius magiſter ſtabuli habuit. Dominus inſuper de Roy, magnus magiſter curiæ turmam ductabat ornatiſſimam. Nec Hiſpani pro eximia ſua in Regem charitate atq; obſeruantia quicq̃, quod ad magnificentiam pertinet, omiſere. Sed maximo cultu, paratuq́ rerum Regi affuere, Nobiles adoleſcẽtes poſt Principes ſuos validas, prælongasq́ haſtas auratas, argẽtoq́ exornatas ferebãt, horũ equi tegmina (vnde plura aurea, argẽteaq́ tyntinabula propẽdebãt) e ſolido auro habuere. *Hiſpani.*

Ali-

Aliquorum equi nedum inſtra-
ti auro, verum auro aurum ſub-
ductũ radiabat, atque ſqualebat.
Itaq; haud credo ornatiorem ap
paratum, proximis ſæculis ocu-
lis mortalium ſubiectum fuiſſe
vnquam.

Pene in medio Regiarum tur
marum. xij. tubicines, ad ferrea
tympana alacrẽ ſonitum fecere.

Proxima his quoque turba
Monachorum, atque cucullato-
rum, tam incerta mendicitate, q̃
alio modo viuentium.

A tergo Monachorum ali-
qui maiores purpurati Regis, ge
nere, famaq́; lõge clariſſimi, pre
ualentibus equis vehebantur vn
dequaq; tam rutilãtibus armis,
q̃ auro argentoq́; perſpicui.

De-

Deinde duodecim aliꝫ æne= atores Regiꝫ, tubis grauius hor= ridiusq́ꝫ inſonuere taratantara. Sequebantur eos tres viri Regia Aquila, triumphalibusq́ꝫ inſig= nibus ornati, qui equis inſiden= tes, miſſilia variorum numiſma tum nõ mediocris ſummę ex mo re in plebem, quo clero, princi= pibusq́ꝫ pateret facilior trãſitus, continuo ſparſerunt. Proximi i= bant Canonici, ante quos proceſ ſit, arte fabricata Caroli Magni effigies, mirę prodigioſæq́ꝫ ma= gnitudinis, geſtans in manibus templum. Portabaturq́ꝫ a Cano nicis in ferculis propitiatoriꝫs ca put Diui Caroli Magni, & quæ= dam aliæ reliquiæ, circum caput diſcurrentes vigiles ciuitatis, æ= neis

Sparſa miſsilia.

neis cornibus ſatis rudem, incõ=
ditumq́ ſonitum fecere. Vigilũ
quoq; vnus Regio equo, qui ip=
ſis ex veteri conſuetudine ceſſit,
inſidens præceſſit. Mos eſt anti=
quitus introductus, q̃ vbi Re=
gia Maieſt. peruenerit ad portã
exteriorem, quæ hoc tẽpore fu=
it Diui Iacobi, quod equo deſcẽ=
dat: atq; ſanctam crucẽ, a Cano=
nicis Regẽ expectantib. illuc de
latã reuerentiſſime exoſculetur:
factaq́ reuerentia diui Caroli ca
piti, dimiſſo equo priore, in aliũ
ſubinde trãſiliat, ciuitatemq́ in=
grediatur.

Tam Canonicos procedẽtes,
quam Principes, atque Regem
cingebant vndique Regij Satel=
lites atque ſtipatores, turbamq́
ſub=

ſubmouerunt; hi ſunt ducenti nu mero, quorũ præſidio ſalus Cæſaris cuſtoditur: quorũ centum, perpaucis demptis, Germani ſuperiores, cum ſecuribus Germanicis, pedibus Regiam Maieſt. ſequuntur, Reliqui vero Regis populares, Flandri, Burgũdiones, atque Hannonienſes, dum Rex in expeditione fuerit, haſtati equis Regẽ comitantur. Dũq; Cæſarem in aliqua celebri vrbe morari contigerit, ornati tunicis argenteis, auro diſtinctis atque in modum loricæ contextis, vtuntur, grauib. geſis Gallicis, quæ dum Rex in itinere eſt cum ſarcinis vehũtur. Simul tñ diſtributis noctium vicibus, proximi forib. ante ædes, in quib. Cæſar acqui-

acquieſcit, excubias agunt. Præ=ter hos Regiæ quoqȝ Maieſtati, cum equum aſcẽdit deſcenditqȝ, xiȷ. expeditiſſimi, velociſſimiqȝ Hiſpani curſores p̃ſto ſunt. Re=liquias delatas Herholdi cũ inſi=gnib. Imperiȷ, Regnorumqȝ Hiſpaniæ ſequebantur. Hoc homi=num genus, olim cũ virtuti ma=ior locus eſſet, vnde ipſis lingua Germanica nomen inditum con=ſtat, vitiaqȝ liberiore palam cen=ſura, abſqȝ perſonarum reſpectu coargui, deteſtariqȝ poterãt, ma=iore in precio apud Germanos atqȝ Gallos fuit, quemadmodũ Pius Papa (cui res Germanorũ, plusq̃ȝ Nationi forte vtile, ex=ploratæ fuere) in quadam epiſto la teſtatur.

Herholdi.

Pio Pontifici Germania plusquam Nationi utile cognita.

Ma=

Maior natu, ſceptrũ Regnorũ Hiſpaniæ ante Regẽ prȩferebat Herholdos, ampliſs. Principes Germaniæ, atq; Galliæ Duces, atq; Marchiones ſequebantur.

Principes deinde Electores hoc ordine Regẽ prȩceſſere: Comes Palatinus dextro, Legatus Marchionis ſiniſtro latere, medium Archiepiſcopum Treuerenſem accepere.

Loco Dñi Ducis Friderici Saxoniȩ, q excuſatioẽ aduerſȩ valetudinis Coloniȩ, mãſit nullo mediãte, Vdalricus Pappenheim, minor Mareſcalcus Ro. Imperij, exertũ, euaginatũq; gladium ante Regiã Ma. vibrabat. Tandem illuxit rerum certa ſalus, terrarum gloria Cȩſarea Ma. equo

Cæſar armis: ueſtibusq; notabilis ua-

rietatis in dutus.

nobiliſſimo, flexibiliſſimoq́ꝫ inſidens, quem auro, argentoq́ꝫ diſtincta arma, deſuperq́ꝫ fulgẽtiſſima, argentea veſtis maximopere honeſtabant. Caput Regium tectum erat birreto argenteo, plumula exornato, gaudiumq́ꝫ, quãtum dinoſci poterat, præ ſe moderatum ferebat.

Colo. Regi à dextro latere.

Parum poſt, neque ita longo interuallo, & quaſi iuxta Regem adequitarunt, latere dextro Archiepiſcopus Colonien̄. ſiniſteriore vera, Moguntinus Archiepiſcopus. Quod cum adhuc fixum ſit in recentiſs. memoria: demiror quod nonnulli contra ea, quæ ab omnib. viſa fuere, publice ſcribere non dubitauerũt. Sequebat̃ Regẽ Legatus Regis Bo-

Bohœmię. Sed neq̧ nũcius Apo ſtolicus, neq̧ legatus Regis Angliç pompę adeſſe ſuſtinuere, ne ordinarẽtur poſt Principes Electores, rati per hoc Principum ſuorum dignitati derogari.

Nuncius Apoſtolicus.

Subſequi tamen non faſtidierunt, Cardinalis Sedunenſis, vir acerrimæ prudentiæ, inq̧ excitandis ad alacritatem animis fœlicisſimæ facundiæ, Cardinalis inſuper Salisburgenſis, & Cardinalis de Croy, Archiepiſcopus Toletanus, qui poſt tempore cõuentus Vuormaceñ. in præuiridibus annis, in magna animi & corporis ęgritudiẽ vita exceſſit, vnde non ſecus quam par erat, D. Marchio de Artzot grauiter motus atque affectus fuit.

Cardinalis Sedunẽſis.

Cardinalis de Croy Vuormatiæ obijt.

atq; affectus fuit. Regẽ quoq; de ſubita morte nepotis D. Marchionis mœſtũ fuiſſe, ꝑmoleſteq; tuliſſe inde apparet, quod funeri magnifico apparatu exquiſitiſs. honoribus, cum maximo luctu, planctu, atq; lamẽtatione, pompaq; elato cũ Principib. adfuit.

Deinde perplures alij honoratiſſimi viri, qui Legationis noĩe Regũ, Ducum, Marchionũ, cõmunitatum Regiã Ma. comitabantur: item tam veteres Maximiliani, quam Regiæ Ma. Conſiliarij, & qui a ſecretis erant.

Nouiſſime claudebatur totus exercitus inſtructiſs. Satellitib. atq; ſtipẽdiarijs equitib. Regis, conſimili modo armatis, veſtitisq;, videlicet rubeo colore, albo

bo, flauoq́ʒ diſtincto, ſicut prio-
res Regĳ equites fuerant: nume
rusq́ʒ vniuerſorum inſtructiſs.
equitũ quatuor milia et amplius

Cum iam ſe intẽdentib. tene-
bris, ad porticũ Diuæ Virginis
ventũ, Rex equo, quo introiuit,
deſcendiſſet, Comes de Riffers-
heit, tãq́ʒ Archimareſcalcus Ar-
chiepatus Colonieñ. Regium e-
quũ pro ſuo iure ex vſurpata con
ſuetudine ſibi vendicauit, mul-
tisq́ʒ ſtabularĳs (præſertim Re-
gĳs) ptinacter renitentib. tãdem
traduxit. Oborta vero ob hoc in
ter eũdẽ, & D. de Schuartzberg,
qui eundem ſibi ob ius pfecturæ
(cuius hypothecã habet) deberi
affirmabat, alia quedã concerta-
tio, in Coloniã reiecta fuit: ibidẽ

de hac controuerſia actum qui-dem, non autem (quantum ego ſcio) excuſſum.

Regiam deinde Ma. eo loci, quo oportuit Colonieñ. atq; Mogũtinus Archiep̃i templo introduxere. Licet aũt aliquę antiquę annotationes documento ſint, id iuris Abbati Sancti Cornelij aliquãdo cõpetijſſe, eoq́; tũc vſum, cum Sigiſmũdus coronabatur: Moguntinus tamen Archiepiſcopus pernegauit hoc, præſentibus Archiepiſcopis, Principibus Electoribus, locum habere. Ante fores ædium ſacrarum ſtãt

Duæ colũnæ ante templum.

duæ ſtructiles quadratæ columnæ, vni vulgus impoſitam æneam lupam arbitratur: mihi ex effigie magis vel vrſa, vel leæna

vi-

videbatur: quæ ſuſcepto in pe-
ctore latiſſimo vulnere, nihilo
ſecius pro catulis, ſiue vrſulis in-
de tamen ablatis, moribūda de-
pugnare videtur. Volunt inco-
læ loci deſignari, non ſecus Im-
peratorem, ſubditorum ſuorum
curam gerere debere.

In altera cernitur quaſi Py-
ramidalis, ſiue orbicularis ænea
figura acuminata, & in varias,
quaſi linguas diſſecta: ea cōten-
dunt Imperatorem mundi Do-
minum, cunctis gentibus impe-
ritare debere ſignificari: fides v-
triuſqꝫ rei penes autores ſit. Nul-
lū em̃ veſtigiū alicuius certę an-
tiquitatis, quãtumuis percurioſe inqui
rerem, inueſtigare potui. Et ideo
ea, quæ incomperta, vulgariaqꝫ

traditione dicuntur, vera, an fal ſa ſint, non laboro.

In media templi area, Rex ſub penſili corona paululum ſuper tapetis, atq; ſtragulis ꝓſtratus iacuit, donec per Archiep̃um Colonienſem certæ preces dicerentur: deinde ſtabat erectus, donec abſolueretur canticum gaudij: Te Deum laudamus. Poſt genu vtroque nixus ante aram Diuę virginis, toto orbe celeberrimã, humiliter, deuotiſſimeq́; Deum orauit, oblatoq́; dono ſeceſſit in Sacrarium, remotisq́; arbitris, cũ ſolis Principib. Electorib. ſemi horæ ſpacio, quædã ſecretiora ꝑtractauit: Principibusq́; priuilegia ſua, ex more, vt autumo cõfirmauit, ratificauitq́;

Quod

Quod coronandi Reges, olim Rhenum a Franckfordia deuecti, ſuper ſaxeam ſedem Regiam ſub diuo, inter crebras nuces, in amœniſſimo Rheni littore, prope oppidulum Reenſz poſitam, facere conſueuere. Cũq́ꝫ fuiſſent inuicem collocuti quę voluerũt, deſideriumq́ꝫ Principum expletum, Rex poſt diuinam venerationem, om̃ibus ſolenni more rite peractis, ſubſequentibus Principibus Electorib. palatium ſuum acq̃eturus introiuit, hora fere noctis ſecunda.

Sedes Regia in littore Rheni ſub diuo poſita.

Proxime, & quaſi vnĩs ædib. illuſtriſſima domina Sabaudiæ Margareta (quæ pridie coronationis currú, quem albẽtes equi trahebant, inuecta fuit, cum vir-

ginibus facie inclytis, atq; admodum venuſtis: quæ candidis pariter gradarijs cum ingrederentur, inſidebant) hoſpitium habuit. Marchioni quoq; de Artzot, Principi maximæ apud Regem authoritatis & gratiȩ, hoſpitium in proximo præparatũ fuit. Carolum enim, nõ vt Regem ſuum modo, verumetiam vt alumnũ eximia charitate ſemper coluit.

Marchio de Schiueren.

QVAE CEREMONIAE IN TEMPLO SERuatæ ſint.

Die ſancti Seuerini, Principes Eccleſiaſtici ordinis, cum adminiſtris ſuis Epiſcopis ſuffraganti-

ti-

tibus, cæteriſq; Chriſtianæ religionis Heroibus diluculo templum ingreſſi, in Sacrario decentibus ornamentis Pontificijs ſeſe induere. Licet autem in templo ex more aſſeribus, tabulatiſque, duplicia interſtitia diſtincta fuere, vt ſeparatis, diſcretiſq; locis, quiſque iuxta ſuum ordinē atque cōditionem ſpectaret, edictumq; ex inſtituto antiquo fuerat, vt Principes, Comitesq; abſque diſcrimine, & aliorum Electorum quatuor modo primores Conſiliarij, cæterorum vero Principum duo tantum ad Chorum, interioraq; ſepta intromitterētur, & reliqua Nobiliū multitudo exterius, atque de templi teſtudine deſuper, e ſubli-

Interſtitia diſtincta ſpectandi in templo.

limi proſpectaret. Prouiſum inſuper Regia ordinatione fuiſſet, vt ſinguli Principes ſuorum Nobiliũ nomina, Regio Mareſcalco annotata traderent, eidemq́ꝫ ſuos magiſtros equitum adiungerent, vt militibus poſitis ante valuas, ad cuſtodiã aditus, Nobilium nomina diligenti, exactaq́ꝫ cura darentur, ne ob excluſionem ſeditionem aliquam, ſiue turbas oriri cõtingeret. Tantum tamen hominum ampliſſimorum vndique cõfluxit, ꝙ antiquus hic mos, atque diutina vſurpatione firmata conſuetudo, præ multitudine variarum gentium ſeruari non poterat. Plærique enim veſtium pretioſarum commendatione adiuti, penetra

runt

runt ignobiles. Alij Nobilitatis fiducia non admiſſi, vel ad altare irrupere. Quanquam enim ante fores armatæ cohortes diſpoſitæ fuerũt, parum tamen abfuit, quin templi fores impulſu turbę conuellerentur. Phanum autem licet neq; laxitate, neq; cultu conſpicuum, vt in quo breues colũnæ, ſine marmore vllo, aut inſigni pauimẽto, ob religionem tamen, conditoremq́; Carolũ magnum, tota Germania celeberrimum eſt. Venienti haud longe poſt Regi, cum egregia prorſus atq; magnifica comitiua anteambulonum, Principum, Comitũ, Baronum, Procerum, Satraparũ, Purpuratorũq;, induto Archiducali veſte, aureoq́; amicu-

Templum perpuſillum.

lo

lo Pontifices ad cellam Diui Ni
colai vſque obuiam proceſſere:
Regemq́ in limine venerabun-
di cum cruce, thuribulo, libroq́
Euangeliorum, qui antiquiſſi-
mus, correctiſſimusq́ Aquiſ-
grani, dono Magni Caroli aſ-
ſeruatur, excepere. Tum Ar-
chiepiſcopus Colonienſis, indu-
tus omnibus (vt aiunt) Pontifi-
calibus, voce ſubmiſſa cantauit:
Adiutorium noſtrum in nomi-
ne Domini. Cum Clerus reſpō-
diſſet, & Colonieñ. preces ad
Deū pro Rege fudiſſet, ordoq́
ſubinde Clericorum caneret in-
terim: Ecce ego mitto Angelū
meum: Moguntinus atq́ Tre-
uereñ. a dextra, læuaq́ appræ-
hēſum Regem duxere ſubtus te-
ſtu-

ſtudinem, ante aram Diuæ Vir ginis toto orbe religioſiſſime cultam. Ante eam prona iacuit Regia Maieſtas ſuper ſtragulis, donec Archiepiſcopus Coloni-enſis precatus fuiſſet a Deo, qua tenus Carolo ſuo adiutorio adeſ ſet, vt ab aduerſitatib. liberatus, poſſet præeſſe & prodeſſe. Pre-cationibus, quibus Colonieñ. o-pem diuinã poſcebat, peractis, duo Archiepiſcopi alleuatũ Re-gem in auream ſellam, e regione altaris deduxerunt ſeſſum. Dein ſe quoque Principes Electores, Eccleſiaſtici quidem, pari habi-tu in præparatas ſedes colloca-rũt. Quia vero ſedes multũ præ-ꝓpere tumultuarieq; apparatæ fuere, cogebãtur earum defectu

Re-

Regum legati, atq; Oratores in promiſcua Principum multitu= dine ſpectare.

Miſſæ officium inchoante Ar chiepiſcopo Colonieñ, Regij cã= tores in medio chori canere cœ= perũt: Ecce aduenit dominator Dominus: Kyrieleyſon: Allelu ia: Vidimus ſtellam, proſa, Fe= ſta Chriſti. Deinde cantabatur illud canticum: Deſiderium ani mæ eius tribuiſti eis. Lectione dein per Canonicũ Eccleſiæ can tata: Surge, illuminare Iheruſa= lem: prouolutus ad genua Cle= rus, cum Principibus cœpit ca= *Litania.* nere Litaniam, ſiue obſecratio= nem, Rege iterum ante altare ſu per tapetas reſupinato, congruo tempore Archiepiſcopus Colo= nieñ.

nieñ. in pedes erectus, baculũq́ꝫ Epiſcopalem in manu tenẽs, Regi benedicẽs, bona, fauſtaq́ꝫ precabatur. Poſtquam autem ad finem perducta Litania ſurrexiſſet Rex, rogauit ab eo Archiepiſcopus Colonieñ. lingua primo Latina, an fidem Catholicam operibus iuſtis ſeruare? an eccleſiarum tutor & defenſor? nũ regnum efficaciter ſecundum iuſtitiam defendere vellet? An iura Regni diſperſa congregare? an viduarum, miſerabiliumq́ꝫ perſonarum pius defenſor, & iudex futurus? an Romano denique Põtifici debitam ſubiectionẽ exhibere vellet? Vbi hæc omnia ſe facturum adpromiſiſſet, ductus ad altare, poſitisq́ꝫ ſuper dextrũ

Interrogatus Rex.

Imperator conceptis uerbis, iurauit ſe diſperſa iura regni recuperaturum

cornu duobus digitis, conceptis verbis, hoc modo iurauit: Sic volo, & inquantũ Diuino fultus fuero adiutorio, precibusq́ Chriſtianorum fidelium adiutus valuero, omnia præmiſſa fideliter adimplebo: Sic me Deus adiuuet, & ſancti eius. Regreſſo Rege Colonieñ ad circumſtantes Principes conuerſus, latine quęſiuit, An vellent tali Principi, ac Rectori ſeſe ſubĳcere, ipſiusq́ regnum firmare, fide ſtabilire, adiuſſionibusq́ illius obtemperare, iuxta Apoſtoli præceptum, dicentis: Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Cum ad rogata illi, qui intellexerunt, fiat, fiat, conclamando annuiſſent, Abbas de Prueme ex

Interrogati circumſtantes principes.

Abbas de Prueme.

Co-

Comitibus de Manderſcheit, iuſſu Archiepiſcopi Colonieñ, lingua Alemanica eadem a Principibus percõtabatur. Regię quoque Maieſtati, ſi Latina lingua penitus ignara fuiſſet, idiomate Alemanico præſtandum ſacramentum, interpretatum ex more fuiſſet. Sed tantum Maieſtas ſua Latine, & loquitur, & intelligit, quantum eſt ſatis ad intelligendum voluntatem, ſacrasq́ iuſſiones Maieſtatis ſuæ. His tranſactis, Archiepiſcopus Colonieñ. iterum Rege proſtrato, precatus eſt a DEO, quatenus Regem ſuo clypeo protegeret, honorificaretque præ cunctis Regibus gentium, vt viuat inter gentium cateruas magni-

Rex latinæ linguæ gnarus.

ficus, vtque gentes Carolo fidem ſeruent. Quę omnia his inſerere ſuperuacuũ foret, cum omnium ſacrarum precum liber, tã Aquiſgrani, q̃ alibi extet. Secundũ precationem Rex ad genua ſeſe ſubmiſit, inunxitq́ oleo Cathecuminorum Archiepiſcopus Colonień. Regis caput: deinde pectus inter ſcapulas, ambaſque iuncturas brachiorum, dicens: Pax tibi. Dein: Vngo te in Regẽ de oleo ſanctificato, in nomine patris, & filij, et ſpiritus ſancti. Cecinit dum vngeretur chorus: Vnxerunt Salomonem, Sadoch ſacerdos, & Natan propheta, regem in Geon. Et procidentes, lęti dixerunt: viuat Rex in æternum. Palmas quoque manus

Inunctio Regis.

vtri-

vtriuſq; oleo imbuendo, ſubiũxit: Vngantur manus iſtæ de oleo ſanctificato, vnde vncti fuerunt Reges & Prophetæ: choro interim concinente: Vnxit te Deus.

Vnctum Regem, Moguntinus & Treuerẽ. Archiepiſcopi in Sacrariũ deduxere, vbi poſtq; Regij Capellani, mundiſſima lana oleum deterſere: depoſito aureo amiculo, quod in vſus ornamentorum templi ceſſit: indutũ rurſus Dalmatica chlamyde aurea, ſocculis, Imperialib. q; ornamentis diui Caroli, Diaconi more iterum Sacrario eduxere.

Ornamenta vero diui Caroli, quibus ex more coronandi Re- *Imperialia ornamenta aſ-*

ges induuntur, Nurembergeñ. magiſtratus ſumma cũ diligentia, atq; veneratione publice ad aliquot ſæcula aſſeruauit, quæ tẽpeſtiue Aquiſgranum delata, vbi Reges coronandi fuerint, rurſus coronatioẽ expleta, aſportantur, ſubq́; fida cuſtodia recluduntur. Subnotatas autem reliquias, Nurembergeñ. a Carolo geſtatas pro vero habent, traduntq́, et inde eximie coluntur. Dalmaticam albam holoſericam precioſiſſimis margaritis, gemmisq́; diſtinctam: Auream ſtolam magaritis quoque adornatam: Vnam cappam holoſericam, violacei coloris, cui aurum in modum aquilæ intextũ. Alterum amiculum rubei coloris

ris, contextũ pari modo magna aurea aquila. Inſuper coronam Caroli, non ferreã, vt vulgus falſo autumat, & (quod magis pudendum) paſſim in iuris profeſſorum commentarijs reperitur: ſed ex puro puto auro fabrefactam: ſic tamen, vt in ea veterũ laudabilis parcitas ſatis eluceat.

Prima corona Aqſgrani aurea eſt, nõ ferrea, ut uulgus ineptit.

Pomum, & ſceptrum aurea.

Gladium Caroli admodum grauem, vtpote a viro robuſtiſſimo verſatum: verum non tam prodigioſæ magnitudinis, ꝙ a tanto heroẽ geſtatũ credi poſſet.

Præter hæc aduecta ſunt hac tempeſtate duæ Dalmaticę, vna violacei, alia vero nigri coloris.

Duæ chyrothecæ, vnionibus precioſisq́ꝫ lapidibus ornatæ: Socculi duo aurei, ſtola, zona coriacea, retinaculumq́ꝫ eius aureum, quæ omnia pretioſis lapidibus affabre picturata, redimitaque fuere.

Rege poſt egreſſum Sacrarij iterum procumbente, Colonieñ Archriepiſcopus ante traditionē gladij, terna p̄catione vſus ē.

Refellitur opinio, aſſerentium Imperium ſucceſſoribus non fore deferēdum.

Qua in re vnum nequaquam ſilentio prætereundũ, ꝙ Archiepiſcopus Colonieñ. in ſacris illis precibus, illud pręcipue ſolēniterq́ꝫ inter plura alia cõprecabatur, vt Reges quoqꝫ, de lũbis Imperatoris, ꝑ ſucceſſiones temporum futurorum egrediantur. Quo vno ſolo, ſatis plane cõſtat

non

non minus inepta, atq; frigida, quam inuidiſſima ratione illos vti, qui negant optime meritorum Imperatorum clariſſimo ſanguini Imperium deferēdum electioē, ne ob id videatur quaſi ſucceſſioni deberi, cum eos optimo merito, ſpes ſucceſſionis potiſſimū manere debeat. Alijs quoq; ſolennibus comprecationibus pro Carolo factis, Colonien. aſſociatis Moguntino atq; Treuirē. Archiepiſcopis, Regi eductum vagina gladium, his additis verbis ſimul tradidere. Accipe gladium per manus Epiſcoporum, licet indignas, vice tamen & autoritate ſanctorum Apoſtolorum conſecratas, tibi Regaliter impoſitum, noſtræq;

Traditio gladij.

benedictionis officio, in defenſioẽm ſanctæ Eccleſiæ diuinitus ordinatũ: et eſto memor illius, de quo ille prophetauit, dicens: Accingere gladium tuum ſuper fœmur tuum potentiſſime, vt in hoc, & per eundẽ vim æquitatis exerceas, iniquitatis molẽ potenter deſtruas, & ſanctã Dei Eccleſiam, eiusq́ fideles propugnes, ac protegas. Nec minus ſub fide falſos, q̃ Chriſtiani nominis hoſtes execreris ac deſtruas, viduas & pupillos clementer adiuues ac defendas, deſolata reſtaures, reſtaurata conſerues, vlciſcaris iniuſta, cõſerues bene diſpoſita: quatenus hoc agẽdo virtutis triumpho glorioſus, iuſtitiæq́ cultu egregius, cum mundi

di huius Saluatore, cuius typum geris, ſine fine merearis regnare: qui cum patre. &c.

Gladio in vaginam recondito, Regia Maieſtas ſeſe accinxit. Solus deinde Colonieñ. Archiepiſcopus, Regis digito annulum immiſit. Pallium quoq; diui Caroli, ſimul Regale inſigne aurei velleris loco armillarũ: quod ornamẽti genus, in vſu eſſe deſijt, collo Regis adaptato, addidit hæc verba: Accipe Regiæ dignitatis annulum, & per hũc Catholicæ fidei cognoſce ſignaculũ: & vt hodie ordinaris, caput, Princepsq; Regni, & populi, ita pſeuerabis auctor, ac ſtabilitor Chrĩanitatis, & Chriſtianæ fidei, vt fœlix in opere cum

Re-

Rege Regum glorieris per æuũ

Sceptrum. Pomum. Sceptrum vero aureumq́ꝫ pomum tradens, fœlicia Regi omi nabatur, admonebatq́ꝫ ſuā Maieſtatem dicens: Accipe virgam virtutis, atque æquitatis, qua intelligas mulcere pios, & terrere reprobos. Quemadmodũ hæc fuſius in libro, de ritu coronandi, habentur, inibiq́ꝫ leguntur.

Corona impoſita. Coronam autem, atqꝫ Regni dyadema, tres Archiepiſcopi, Colonieñ. Treuireñ. atqꝫ Moguntinus Regi ſimul imponentes, dicebant: Accipe coronam Regiam Regni, quæ licet ab indignis, Epiſcoporum tamen ma nib. capiti tuo imponitur. Hic quoqꝫ minime opus eſt reliquā admonitionem apponere

Coro-

Coronatione expleta, Regia Maieſtas aram acceſſit, moreq́ꝫ maiorum ſacramentum ſuper altare, ſacrumq́ꝫ librum Euangeliorum e ſcripto legendo, in hanc ferme ſententiam Latine præſtitit: Profiteor & promitto coram Deo & Angelis eius, leges ſeruare, iuſtitiam facere, iura Regni conſeruare, debitumq́ꝫ honorem Romano, alijsq́ꝫ Pontificibus, atqꝫ vaſallis exhibere, donata Eccleſijs cõſeruare, Chriſto mihi præſtãte auxilium, fortitudinem, & decorem.

Imperator iurauit legem ſeruare: et iuſtitiam facere.

Ductus inde fuit Rex per Moguntinum, atque Treuireñ. Archiepiſcopos, per deuexum ſupra teſtudinem templi, ſubſequẽte Archiepiſcopo Colonieñ. ſimulq́ꝫ

mulq́ꝫ collocabāt Regem in ſa-
xeam ſedem, poſitam ante altare
Symonis & Iudæ Apoſtolorū,
addita inueſtitura, ita retine a
modo locum Regium, quæ hic,
ne longior ſim integra ponere
conſulto omiſi.

Dum autem aſcenderet ceci-
nit Chorus: Deſiderium animæ
eius tribuiſti ei Domine, & vo-
luntate labiorum eius non frau-
daſti eum, & quæ ſequuntur: Po
ſuiſti ſuper caput eius coronam
de lapide precioſo. &c.

Gratulatio Electorum.

Regi in ſolio Maieſt. atqꝫ in
excelſo glorię faſtigio reſidenti,
Archiepiſcopus Mogūtinus no
mine collegarum ſuorum, his
ferme verbis lingua Alemanica
gratulabatur. Super illuſtriſſi-
me

me & gratioſiſſime Domine, ex quo Regia tua Maieſt. tam diuina gratia atq; prouidētia, quam Principum Germaniæ concordi electione, ad decus, honorem atque gloriam Imperatorij nominis atq; poteſtatis, accita atq; ſublimata eſt, & nunc coronā Regiam, cum laudabilib. honoribus atq; ornamētis requiſitis ſuſcepit, ſumus nos eo magis lætati, exhilaratiq;, quo magis ardentiusq; hoc cernere ex animo deſiderauimus. Hunc itaque honorem, Deum Opt. Max. tuæ Ma. fortunare volumus, optamusq; Regiæ tuæ Maieſtati longæuū, diuturnumq; Regnū, corporis ſanitatē perpetuam, plurimūq; bonæ fortunæ atq; fœlicitatis,

fir

firmamq́ſpem, atque indubitatam fiduciam habemus, Imperium ex tua, maiorũq́ tuorum virtute adminiſtratũ iri. Quodq́ hæc inprimis Deo Opt. Max. probata, accepta, grataq́ erunt, & ad honorem, decorem, incrementumq́ ſanctæ, atque Orthodoxæ Eccleſiæ Catholicæ ſacri Romani Imperij, inclytæq́ Nationis Germanicæ, ceſſura ſint, Rogamusq́ obnixe, vt nos, cæterosq́ Principes, ſtatusq́ ſacri Rom. Imperij, Regiæ tuæ Maieſtati, ſicut ſupremo orbis terrarum in temporalib. capiti, ſeſe obſequentiſſime cõmendantes, gratioſiſſime ſub tutela tuæ Maieſt. manſuetudinis cõmendatos habere velis,

om

omniumq́ noſtrum gratioſiſs. Imperator eſſe & permanere.

Canonici quoq templi, Regi honorem, bene, fœliciterq́ cedere optauere, eorumq́ ordini ex more Rex initiabatur.

Deinde Chorus, tubicines, & organa alternatis vicib. ſumma cum alacritate canticum: Te Deum, abſoluerunt.

Creauit interim Regia Maieſtas gladio diui Caroli pręgraui plurimos Equeſtris ordinis viros variarum Nationum, ſumma cum ſolẽnitate. Horum perpauci Germani fuere, qui hoc decus per hoſtium ſtragem demereri malunt, atque in ponte Tyberino, ſplẽdidiſſimo ordini initiari, magis pulchrum atq egregium

gium putant: deſieruntq́ Germani præcipuę nobilitatis aſſertores, hunc ordinem magnifacere, quando viderunt humilibus, ſordidiſſimisq́ mercatoribus precio aditum ad ampliſſimum honorem patere: ſitim, ardoremq́ gloriæ plurimum hæc indignitas reſtrinxit. Et forte ob hoc, quidam ab Equeſtri ordine deterrebantur, quod honorem Equeſtrem, titulumq́ ex lege Equeſtri, intra anni ſpacium ſtatim poſt aſſumere illo tempore creati coguntur, alias ni ſe pro equitibus gerãt, ſoli imaginarij equites futuri. Inſuper quamuis ab antiquo non niſi nobiles admittebãtur, ordinarięq́ ſolitum, vt quibus initiari huic ordini vo

tum

tum, atque mens eſſet, nomina, & agnomina ſua deſcripta, Magiſtris equitum traderent. Hac tamen tempeſtate, in tanta diuerſarum gentium turba, plurimi non ſponte, ſed aliorum impulſu, inuiti, ſiue temere ad Cæſarē delati, flexis genib. dorſum gladio ſubmiſere: quorū multis bene conſultum foret, ſi cum ictu Equeſtri, cenſum quoque Equeſtrem accepiſſent.

Multi ſine cēſu equeſtri creati.

Principes ſedi affixi, expectabant (præter Archiepiſcopū Colonieñ. qui ad aram redijt) donec reducendi Regē officio fungerentur. Cumq; deſcenderent, vnus Canonicorum Euangelium: Cum natus eſſet Iheſus in Bethleem Iudę cecinit poſt Sym

bolum fidei, & cantioẽm illam: Reges tharſis. Regia Maieſtas delatis ante ſe gladio per Mareſcalcũ Imperij, pomoq́ꝫ per Dominũ Palatinum, qui dũ teſtudinem aſcenderet, ſimiliter præcedebant, ſceptrum manu tenens, obtulit altari nummum aureũ, valoris decem ducatorum, qui Capellanis Archiepiſcopi Colonieñ. renitentibus aliquamdiu Eccleſiæ Canonicis, tandem cũ alijs donis oblatis, remiſſus fuit.

Poſt Regem Principes Electores ordine dona ad altare deferebant, Archiepiſcopo Colonieñ. ſingulis oſculandum ſacrũ præbente.

Coronę curam Imperij Subpincerna N. de Limpurch, quẽ

admodum Comes de Zorn, mi nor Imperij Camerarius, ſceptri reſpectum habuit. Subminiſtri enim perpetui Imperij, Legatis Principum in executione officiorum cedere noluerunt.

Cum deinde Archiepiſcopus Colonieñ. pacem pronunciaſſet, Regiq́ꝫ & cœtui Pontificis more benedixiſſet, Eps̃ Leodieñ. ſacrum deoſculandum flexis genibus reuerentiſſime ſuſcepit, credentiaq́ꝫ, vt aiunt, mundiſſimo peplo facta, illud Archiepõ Moguntino tradidit: qui eodem modo, credẽtia facta, ſacrũ Regis ori inclinando ſeſe, decenter admouit.

Sacris oı̃bus rite peractis, Regia Maieſtas flexis genibus ſalu

tare ſacramẽtũ Euchariſtiæ ſumpſit, tanta quidem mentis deuotione, vt animi inde aſpicientiũ vehemẽtiſſime cõmouerentur.

Dextro latere, non longe ab altari erat ligneum ſpectaculum ſub teſtudine, pro illuſtriſſima Domina Margaretha præparatum, vnde ipſa, & Regina Arragoniæ, quondam Ferdinandi vxor, modo Marchioni nupta, cum venuſtiſſimis Virginib. nullo velo, neq; vmbraculo tectis, ſic vt ab omnibus viſerentur, ſingula ſpectarũt. Ante omnes illuſtriſſima Domina Margaretha, tam inexpleto ſingula, quę agebãtur, lumine ſpectabat, vt nõ vane crediderim, tacitum ipſius pectus immenſum gaudi-

Domina Margaretha.

um

um pertentaſſe. Cunctis in templo finitis, Rex ſella aurea reſidens, creãdis vlterius Equeſtris ordinis viris, tam diu intentus fuit, quoad Electores Eccleſiaſtici exutis ſacris, inducrẽtur veſtibus rubeis, Electores ſolos decẽtibus. Quibus ornati, Regiam Maieſtatem, ſumpturi cum eadẽ ſolenne prandium, ad palatium cõcomitabãtur. Reliquiq; Principes Regem e templo, cum lætitia, atque gratulatione ſolenni proſecuti ſunt.

Operæ precium eſt, hic quoq; adnotare, qui Comites atq; Barones Archiepõ Colonieñ. ſacrificanti, officij gr̃a preſto fuerint. Dum obuiam iretur Regi templũ intrãti, Comes de Vualdeck

Archiepiſcopo Colonien. ſeruierunt xxiiij. Comites.

Canonicus maioris Eccleſiæ Colonieñ. ante Archiepm̃ crucem, Comes vero de Schuuartzburg thuribulum præferebant.

Capellarius Colonienſis.

Comes Georgius de VVitgẽſtein, Capellarius Colonieñ. cui præter alia incumbit ab antiquo, aulicorum quoq; cõtrouerſias dirimere. Hic cũ Dño Vuilhelmo de Nuuenar Magiſtro curiæ humeris ante Epm̃ Colonieñ. geſtabãt duo flagra, quibus frumentum excutitur, albi viridisq; coloris. His ſignificat̃, Archiepm̃ Colonieñ.. velut prouinciæ Præſidem, ab Rom. Imp. vtile dominium ciuitatis Colonieñ. obtinere. Colonia enim Agrippina, hoc tempore inter vrbes ruſticas Imperij numerat̃.

De Colonia Agrippina.

Li-

Licet autem non ignorem, prudentiſſimos huic Imperij ſubordinationi, ſiue diſcretioni paꝝ fidei, atq; momenti tribuere: ne tamen iſtud penitus commentitiũ putetur, videantur quæſo Annales, atque libri Chronicorum ciuitatis Colonieñ. q̊modo in medio nigræ crucis, colonus cũ flagello depictus ſit. Abb. de Pruem, de quo ante mentio facta, cõmiſſum a circumſtantibus Principibus, poſtulare debitam ſubiectionem.

Comes de Blauue, Decanus maioris eccleſię Colonieñ, ſacrũ Chriſma ad inungendum Regẽ, Archiepiſcopo Colonieñ. porrexit. Comes de Hennẽberg Canonicus, lanam, qua Epiſcopi ma-

 nus

nus detergerentur, obtulit. Co-
mes Gōpertus de Neuuenar, &
nobilis Baro de Reinegk, map-
pulam ad eam rem in tempore
exhibuere. Comes de Virnen-
berg, dum opus eſſet, aquam ma
nibus dabat. Comitibus Ioanne
atque Bernardo de Naſſau pel-
uim, mappamq́ꝫ tenentibus, gla
dium Comes Ioannes de Vuie-
da frater Germanus Archiepi-
ſcopo adportauit. Comes de Se-
yne loco armillarum, quæ in v-
ſu eſſe deſierūt, inſigne aurei vel-
leris tulit. Comes SALEN-
TINVS de monte Ferrato, au
reum annulum, pallium CA-
ROLI Comes de Schauuen-
berg e tabula ornamētorum ad-
portarunt.

Sceptrum Comes Theodericus de Manderſcheit, Imperiale pomum, Comes Eberhardus de Arburch, perpetua fide Burgundionibus adhęrens, pręſentarunt. Comes de Riefferſcheit, & Comes Vuilhelmus de Neuuenar, Magiſter curiæ, & Mareſchalcus diocœſis Colonienſis, bacillis turbam arcentes, prouidebant, vt ſinguli ad officia parati, atq; tempeſtiue intenti eſſent, cũctaq; rite iuſſu eorum exequerentur. Comes Hermannus de Neuuenar, cuius nomen ob eximiã doctrinam, tota Germania ſuſpicit, librum, e quo omnes precationes, atque obſecrationes legebantur, ſuſtentabat, Comes de Eppenſteyn, Scho-

la

laſticus, & Comes de Bichelen Chori epiſcopus Colonieñ. Ecclesiæ baculi, & mitrę Archiepiſcopalis curam habuere. Degenardus de Vuitte, iuris Pontificij Doctor, Cancellarius Colon. tabulæ aſtans, ad cuncta intendebat. Mea vero paruitas deſtinato officio, obſeruãdi videlicet ſedis Archiepiſcopalis, præ turba Purpuratorũ, qui denſiſſime circumſtabant, ægre ſatisfacere potuit.

QVO APPARATV, atque magnificentia, ſolenne conuiuium in ſuperiore palatij aula celebratum.

Regia Maieſtas Imperiali ha

habitu, atque ornatu induta, delatis ante ſe Imperij inſignib. maximo Electorum, cæterorumq́ Principum comitatu, pallatium tota Germania celeberrimũ, cuius latus forum ſpectãs, Imperatorum marmoreis ſtatuis ſpectabiliſſimum, aſcendit, vbi omnia ad ſplẽdorem gloriamq́ magnificentiſſime, aureis periſtromatibus, ſtrangulisq́ aureis ſic adornata fuere, vt maximam rationem publicę dignitatis habitam fuiſſe dixiſſes, ſolenniq́ conuiuio, pręter Principes Germanos Statusq́ Romani Imperij, nemo interponebatur.

Pallatium ſpecioſiſſimum ædificium.

Statim atque Rex aſcendiſſet, minor Imperij Mareſcalcus Vlricus de Pappenheym, equo cui

in

Officium Mareſcalci: demetiendi auenam.

inſidebat in cumulũ auenæ vſq; ad pectus. adacto argenteo modio duodecim marcarum, publice in foro, ex more vice Ducis Saxoniæ, auenã demetiebatur. Aqua deinde aurea pelui Regijs manibus a Marchione Iohanne de Brandenburg, & minore Imperij Pincerna dabatur: tenuitq; Comes Palatinus, et alij aſtantes Principes mappam, qua aſpergebantur manus Regiæ.

Primas dapes Palatinus.

Comes deinde Palatinus Archidapifer, præcedente Submareſcalco geſtante eleuatum bacillum, cum D. de Roy magno, & alijs minorib. magiſtris curiæ, ad coquinam deſcenderunt Regiam.

Anteq; reuerterent Electores, Eccle-

Eccleſiaſtici benedictionem mẽſæ legerũt. Quamuis autem hoc antiquę annotationes Archiepiſcopo Colonieñ. coronatori ſaltem illa die tribuerunt, tñ Treuireñ. ſibi hoc competere contẽdebat ad cauſam, quod ſenior in conſecratione foret. Archieps meus Colonieñ. ob ea, quæ in aurea bulla continentur, cuius autoritas in dubijs merito ſequẽda, æquo animo ceſſit.

Benedictionem Treuirenſis.

Aurea bulla norma cæremoniarum.

Poſt benedictionem Archiepiſcopus Moguntinus, aſſociatis duob. Archicancellarijs Colonieñ. a dextris, Treuireñ. a ſiniſtris, ſigilla Regia a baculo argenteo duodecim marcarũ pendentia, Regiæ mẽſę oblata, cum retraderent, Mogũtinus ea col

Sigilla aurea.

lo aptauit, totaq́ꝫ die publice inde dependentia geſtauit. Tametſi Treuiri cõtendebãt, Aquiſgranum eſſe Archicancellatus Gallici.

Ante dapes venere tubicines atque æneatores Regis. Herholdi quoque inſigniter ornati: inter quos Anglicus quoque Herholdus, cum inſignib. Regis ſui honoris cauſa conſpiciebatur.

Palatinus Rheni Dapifer.

Tubicines præcinentes vbi ad medium atrij peruenere, ſubſtitere: tubis tamen omnia perſonabant, quouſqꝫ Dominus Palatinus per deuexum aſcẽdendo ſeptem gradus, primum ferculũ coopertum, Regiæ Maieſtati reuerentiſſime appoſuiſſet. Cõtrouerſia erat inter Legatum Regis Bo-

hœmiæ, & Subpincernam Imperij N. de Limpurch, vter eorum Regi vinum aqua dilutum, ex more propinaret. Sed excuſſum pridie fuit, pro Friderico agnomine, & officio Pincerna, cum ille ſemel & primo propinaſſet. Poſt durante prãdio Palatinus Fridericus pocillator Regis fuit

Omnibus Principum Electorum officijs ſolẽniter defunctis, ad menſas ipſis præparatas, Principes ſeſe repoſuere. Singuli ſuos Comites, atq; nobiles habuere, quibus inter epulas miniſtris vtebantur.

Hic oportunum de ordine menſarum relationem facere.

Regia menſa poſita latere de-
xtro, quod forum reſpicit inter columnas, in meditullio aulæ, & parietem ſubſtructas, eleuataq́ꝫ fuit faſtigio ſeptem pedum. Electorum vero menſę modicis interuallis poſitæ, pedalis altitudinis faſtigium habuere, & tam Regis, quam Electorum menſæ aureis ſtragulis ſtratæ. Aulæa quoqꝫ aurea ſupra, et a tergo propendebant, magnificẽtiſſimi operis. Licet prandium prælautũ omnibusq́ꝫ cupediȷs ciborum inſtructiſſimum abundantiſſime quinquaginta ſcilicet ferculis ſic præberetur, vt dena ſemper edulia apponerentur, inter ea tamẽ multa non eſui apta, digna ſolũ erant vt cum admiratione ſpe-

cta-

ctarentur. Licebat enim videre ſpecies caſtellorum, arborum, leonum, aquilarum, vnde Romani Imperij, Regnorumq́ꝫ Hiſpaniæ vexilla depēdebant, mēſis ſingulis ſinguli abaci ordinatim diſpoſiti, priuis, priui miniſtri quoque fuere.

Marchio Caſmirus ſtructor, ſiue prægustator Regiæ Maieſt. fuit.

Regē ſedētem in aurea ſella, circumſtabant dexteriore latere D. Marchio de Arſchot, & Epiſcopus Leodieñ. Siniſtro latere. Comes de Zorn ſceptriger, pluresq́ꝫ alij Principes, atque Comites, Germanię atqꝫ Hiſpanię.

Abacus Regius.

A ſiniſtro erat abacus Regius, oneratus ſpectabiliſſimis vaſis veteris cælaturæ, oīs vſus, duo præſertim vnicornua, admirandæ, prodigioſæq́ȝ prorſus magnitudinis. Vas item aureũ ingentis capacitatis, Regiæ Maieſtati dono a Rege Anglorũ, gratulandi cauſa miſſum, vt ferebatur, viſebatur.

Prima mēſa Archiepiſcopus Colo. aſſedit.

Latere dextro, duobus paſſibus infra Regem primæ menſæ aſſedit Archiepiſcopus Colonienſis. Qui ſecus cõtenderunt, ob annotationes, imperitorum ſcilicet, quod primus diſcubitus Regi Bohœmiæ deberetur, illi auream bullam, normam ceremoniarum Principum nõ viderunt

runt, quæ his rebus ſtatum mo-
dum præfinit, moriſq́ Imperij
non ſatis gnari, cæcutierunt.

Tametſi ſecundo loco men-
ſa Regi Bohœmiæ ſtrata, præpa
rataq́ fuiſſet, vacua tamen edu-
lio manſit. Non abſurdum erit,
hic paucula de Regno Bohœ-
miæ adnectere, cognitu forte nõ
indigna. Quanq́ Rex Bohœ- *De regno Bohœmiæ*
miæ perraro adſit conuentibus,
tractatibuſq́ Electorum, neque
fœdera pro manutenenda com-
muni dignitate, cũ eiſdem pro-
ximis ſæculis percuſſerit, non o-
peras Imperio, volũtariaſq́ col
lationes præſtet, neque gratuita
onera ferat, non denique in cir-
culis illis, in quos Imperium di-

geſtum atq; partitum compræhendatur, tamen Elector Imperij eſt, & tertium in conſilio Electorum, tempore Electionis Regis ſuffragiũ adhibet: ita, quod impune præteriri non poterit, ob pœnam, quæ in aurea bulla exprimitur. Et cum tempore Electionis Diui Maximiliani, eo, quod forte non ſatis conueniebat inter Fridericum Cæſarem, & Regem, præteritus fuiſſet, adeo non diſſimilanter tulit, vt pœnam aureæ bullæ, in quam inciderunt Principes acerrime interpellando, poſtulare non ceſſaret, armaq; præter hoc ſe illaturum minaretur, redireq; aliquamdiu in gratiam, litiq; renunciare, pertinaciter recuſauit: ni-

Pœna præteriti Electoris.

niſi ea conditione, vt remittere-
tur Regibus Bohœmiæ ius illud
Imperatorum, quod Reges Bo-
hœmiæ, Imperatores in Italiam
in perſonis euntes, ſequi cogun-
tur. Aut loco eius ſeruitij, octin-
gentos ducatos quoties Impera-
torem Alpes tranſcendere con-
tigerit, exoluere. Illo negato, a
Cæſare Friderico tandē ſub pa-
cto, atq; cōuentione vlterius, ip-
ſos nequaquam prætereundi Re
ges Bohœmiæ, ſub pœna quin-
gentarum marcarum auri deci-
ſum, trāſactumq́; fuit, & Ladiſ-
laus Rex, ratificata Electiōe Ma
ximiliani quæſitis liti Iuriq́; renū
ciauit Principib, hac etiā excuſa-
tione vtentib. Electionem Ma-
ximiliani, non ex prædeſtinato

Frāckfordiæ, ſed vrgentibus de cauſís perceleriter, atque ſubitarie celebratā. Habet Bohœmus illam prærogatiuam quoque, ꝙ Archipincernę officium, non amota corona, explere poteſt. Sed latius euagari libet. Egit Maximilianus Coloniæ cũ Principibus Electoribus, vt Archiducibus Auſtriæ, exemptis alioqui, honos ille haberetur, vt ipſis ſuffragij quoque Latio tempore Electionis Regis eſſet. Sed Principes ne antiquiſſima inſtituta maiorum commutarentur, precibus Maximiliani, votoq́ꝫ abnuerunt. Poſt Bohœmum ex ordinatione aureæ bullę Comes Palatinus accubuiſſet, verum eo neglecto, ſecundam a lęua, poſt Mo-

Prærogatiua Regis Bohœmiæ.

De domus Auſtriæ exemptione: Franciſci Petrarchæ epiſtola ad Carolum quartum uideatur.

Moguntinum menſam habuit. Et quia aurea bulla ſuo tenore, aut beneuolentia, aut conniuentia, atque diſſimulatione Principum non ſemper ad amuſſim ſeruatur, ob hoc forte futuris tempeſtatibus nouus aliquis de reb. friuolis labor Imperatori adcreſcet.

Tertia menſa pro Duce Saxoniæ vacua. In quarta prandiũ ſumpſere Epiſcopi, Vuormatiẽ. Ratiſponeñ. Dux Otto Henrici Bauariæ. Quinta ad tempus fuit vacua: poſt occupabatur a Regijs Conſiliarijs. Sextæ aſſidebat Magiſtratus Aquiſgraneñ. Nurembergeñ. Legati, qui Imperialia ornamenta aduexerunt *Ordo menſarum.*

runt, ad ſeptimam menſam collocati fuere. Reliquæ duæ menſæ conuiuarum vacuæ manſere.

Latere ſiniſtro prope colũnam, prima menſa Moguntini Archipræſulis.

Secunda D. Palatini: Marchionis de Brandenburg tertia, ſed eſculentorũ vacua, ob Marchionis abſentiam.

Quarto loco Duces Braunſuiceñ. & Iuliaceñ. accubuere.

Quintam occuparunt miſſi a ciuitate Colonieñ.

E regione Regis directe poſita fuit menſa Treuireñ. Archiepiſcopi. Paulum infra menſas Colonieñ. atque Moguntini Archiepiſcoporum. Conuiuiũ Regium

gium, oppiparum, lautiſſimũq́ꝫ, quatuor prope horis, quaſi Regali cum ſilentio agebatur.

Expleto prandio, gratijsq́ꝫ a Treuireñ. dictis, omnia tubis, tympanisq́ꝫ perſonabant: ſtrictoq́ꝫ Diui Caroli gladio, iterũ Regia Maieſtas viros equeſtris ordinis creauit.

Omnibus abſolutis, Rex Imperialibus ornamentis indutus, cum Electoribus, ſuo quoqꝫ peculiari habitu veſtitis, ingentiq́ꝫ Principum frequentia, atque cõmitiua, præcedentibus æneatoribus, hoſpicium intrauit: Regeq́ꝫ deducto, ſinguli Principes ad ſua quoque hoſpicia diuerterunt.

runt. Archiepiſcopus Moguntinus ſtatim Regi ſigilla, cum argenteo illo baculo, cuius antea mentio facta, inſuper cãdidum, eximiumq́ꝫ equum dono miſit. Quæ omnia a Cæſare mox remittebantur. Rege ſubiungente, ſe fidem Moguntini adeo exploratam, perſpectamq́ꝫ habere, vt ſigilla Regia nulli tutius, q̃ꝫ eius fidei credi poſſint. Regẽ inſuper futurũ ſuæ perſonæ gratioſiſſimum Dominum, Epiſcopatumq́ꝫ Moguntinum potẽter, efficaciterq́ꝫ protecturum. Moguntinus fidei eius commiſſa ſigilla quidem retinuit, argẽteum autem baculum, equũq́ꝫ D. Nicolao Ziegler, homini ſolerti, ſuo Vicecancellario pro honorario

Nicolaus Ziegler.

rario liberaliter dedit.

Altera luce Imperator Principes Electores cœna magnificentiſſima excepit.

Poſt coronationem, facta abeundi poteſtate, maior Principum pars, non plus biduo moram Aquiſgrani traxit, ſed directa Coloniam profecti ſunt. Imperator vero Iouis clypeo protectus, triduanam moram conſtãtiſſime traxit.

Sextaq; feria, ſacris (quibus Imperator aderat) publice in tẽplo factis, Maieſtas ſua ſacras reliquias (inter quas faſciolã, qua vagiẽtem Saluatorem noſtrum inuolutum eſſe conſtat) deuotiſſime ſuſpexit. Archiepiſcopus inde

Statim poſt coronationem permiſſu Pontificis: Rex titulũ Electi Cæſaris aſſũpſit.

inde Moguntinus lectis apicib. publice edixit, Romanum Pontificem Electionem Regis probare, velle iubereq́ꝫ, vt Imperator vlterius titulo Electi Cæſaris vteretur. Non ignoro Diuum Maximilianum a Gallis, Venetisq́ꝫ (aduerſum ea, quæ ficto officio, ſimulataq́ꝫ ſedulitate adpromiſiſſent, tranſitu (occupatis itineribus) prohibitum, impeditūq́ꝫ quo minus armatus, vt Imperatorem tantum decet, pro corona Cæſarea Romam proficiſceretur, cogitata ratiōe titulum Cæſaris, non renuente Pontifice Romano aſſumpſiſſe, ne ſupremum honorem negligere, atque pro derelicto habere videretur. Hic tñ imaginarius honos (ſit venia

nia verbo) inuictiſſimo Carolo collatus, ſitim, ardorēq; gloriæ heroïco Maieſtati ſuæ pectori inſidentem, non reſtringet, verum adaugebit, inflammabitque, vt nihilo ſecius pro conſumatione, gloriarum ſuarum, refractis, reuulſiſq; inimicorum impotentibus clauſtris, Italiam auitam poſſeſſionem, regni domicilium legitimum, Imperij ſedem, non inermis ad hoſtium, pertinaciſſimorumq; æmulorũ præſcriptum, ocioſe, peregrinãtis more, quod ſaluo capite ſup hoc, quod parum decorum eſt, ſaluaq; tanti Cæſaris Maieſtate ſine ludibrio tantorum regnorũ, atq; inſultu fieri non poſſe reor) ſed ſuo arbitratu; ne veluti vi-

Roma legitima Imperij ſedes.

ctus, a victoribus leges accipere cogatur, q̃ꝫ maturrime cum maximo, fulgentiſſimoq́ꝫ exercitu in ſplendore gloriæ intrabit, deſpõſamq́ꝫ ſuæ Maieſtati prouinciam, gentium Dominam, amplexabitur. Hoc anxie percupiunt, deſiderantq́ꝫ Germani Principes, egregio aliquo facinore oſtentare, Imperium nõ vſquequaqꝫ male in Septentrione locatum eſſe, non ſe ſomno inexpergiſcibili torpere. Ea profecto animorum magnitudo in maioribus noſtris fuit, ſicq́ꝫ omnia ad ſplendorem, gloriam, Maieſtatẽq́ꝫ reuocauere, quod non ſatiati, Imperatorẽ coronationis tempore Aquiſgrani præſtito ſacramento, generatim obſtrictum
eſſe

eſſe ad recuperādum ea, quę Imperio adempta. Verum præter hoc, ſacramento adegere, adnominatim Regijs literis ſancte ad promittendum, quod temeraria inconſiderataq́ꝫ acta Vuentzelai Imperatoris, ignaui quidem viri, licet altis imaginibus prognati, reſcinderet, irritaret, & ante oīa reuocaret: quod in non æſtimabile Imperij detrimentū, atque diſpendiū Mediolani Ducem, & Padi Comitem conſtituiſſet, terrasq́ꝫ Longobardiæ, Imperio perpetuo, ne in Italia redditus deeſſent, adiungerent, a tēpore quo hæc acta, paulo plus q̄ꝫ centum anni effluxere. Horum veſtigia inſequentes Principes Germani, qui Carolum, colla-

Ropertus Rex: & qui eum præceßit Sigiſmundus: coacti Electorib. adpromittere: ſeſe abolituros geſta Vuentzelai: potißimū quod Mediolani Ducem cōſtituerat.

 pſi

pſi Imperij reſtauratorem, concordibus votis denunciarunt, pro cõſeruanda, manutenẽdaq́ eximia Imperij gloria, neq rerũ diſpendia, nec perſonarum ſuarum formidabunt pericula. Nec ob hanc expeditionẽ apparandã opus erit aras ſacris vaſis nudare, non conditoria ſanctorũ diſiectis ſacris reliquijs flare: non deniq neceſſariũ erit, genti ſemper ab ancipiti temporum mutatione pendenti grauia tributa pendere. Perſæpe concordes Germani, glorioſiſſimam hanc expeditionem ſuo marte, ſuis ducibus, ſuo ære, abſque commilitio: abſq ſocijs, peregrinisq́ ſuppetijs, externoq́ ſubſidio fœliciſſime perfecere.

Expeditio Italica.

Heluetios notat.

Non

Nõ exaruerunt penitus vires nr̃ę: non hebetata vſq; adeo Germanorum arma: non omnino exhauſtus equeſtris ordo: neq; ad tenuitatem extremam redactę bonorum ciuium opes: prinçipeſq; quod maxime faciundũ ampliſſima vectigalia imperio accepta æquo animo ferunt.

Quæ ergo nunc temporis trahendi ratio vlla hinc deducendi exercitum in Italiã adeſt? affulgente tam pulchra, raraque (quanta profecto nunquam antea) occaſione, vbi Germanis, ſicut fratres, fidiſſima gratia, aſſociati ſunt fortiſſimi Hiſpani, qui præter ingenitam illi inclytæ gẽ

vbiq; terrarum prædicatam erga Reges ſuos obſeruantiam, atque venerationem, vix dici, exprimiq; poteſt, quanta oẽs Caroli charitate flagrant, qualiterq; quiſq; pro ſe operam ſuam offerat. Quæ Gens? quæ Natio? qui populi queſo horridæ duarũ fortiſſimarum gentium in ſe cõnexæ virtuti, robori corporum, animorumq; magnitutidini, nõ modo recta fronte concurrere, ſed vel rectis oculis inſtructas phalanges fortiſſimarum gentium aſpicere audebunt? Sed huius loci non eſt, de hoc plura verba facere, apud Germanos præſertim ſuapte natura incitatos: ſed ad inſtitutum a diuerticulis redeundum.

Silen-

Silentio prætereo, quomodo poſt coronationem tota die vinum duabus cannis, per ſpeciem aquilæ, atq; leonis columnellæ ligneæ impoſitis, ante palatium Regis, ductu ſubterraneo publice fundebatur. Omitto inſuper, quod magnus bos, multis alijs animalibus minorib. fartus, ligneoq; veru ante palatium Dñæ Margarethæ toſtus, reſciſa carũculæ portione pro Rege, a plebe in multas partes tumultuarie lacerabatur.

Vinum publice præbitum.

Integer bos toſtus.

Triduo poſt coronationẽ, Imperator feſtinato itinere, & præter cõſuetudinem, die etiam dominica iter faciendo, Principes Coloniam ſubſequebatur.

Domina Margaretha.

Illuſtriſſima vero Domina Margeretha, retro in Brabantiã, atque Mormos conceſſit, quam regredietem D. de Rabenſtein, & quidam alij Regij Satrapæ comitati ſunt.

Colonieñ. iuuentus, vltra Germanicum miliare, Regi, armata cum militaribus ſignis, ordinatim, honorificeq́ꝫ obuiam prodijt, effuſaq́ꝫ innumera inermium turma, multis mortalib. maxime proximis, quibusq́ꝫ eo ſtudio viſendi Caroli confluxis. Pernoctauerat eñ Cæſar pridie quam Coloniam ingrederetur, in monaſterio Bruuñlre. Ingrediebaturq́ꝫ Cæſar Coloniam cũ Principibus, qui nondum Colo

nia

nia abierant, verum Maieſtati ſuæ obuiam prodierunt, ſumma cum ſerenitate, populiq́ꝫ exultatione. Inde mittebãtur, qui vndequaque per Imperium edicta deferrent, quibus Principes, ſtatuſque Germaniæ conuocabantur ad conuentum VVormacieñ, ſexta Ianuarij indictum. Marchio Caſmirus quoque, Coloniæ in fratris ſui (vt creditur) vxoris Reginæ Arragoniæ gratiam, cœnam, vt dicunt additialem, magnifico epularum, conuiuarumq́ꝫ apparatu atqꝫ ornatu exquiſitiſſime, comitatis Cæſari, Principibusq́ꝫ publice exhibuit. Rheno aſcenſurus Imperator Bõnæ biduo cum Archiepõ Colonieñ. moratus, ſumptoq́ꝫ

in arce Poppelſtorff mane ientaculo, ad venationẽ ferarũ profectus, ſpumantem aprum incurrentem, fortiſſima dextra ſua cuſpide interemit, cænecꝫ ab Archiepiſcopo Colonieñ. perlaute inſtructæ in oppido adfuit.

Nauibus Archiepiſcopi Colonieñ. poſtera luce Cæſar aſcendens, inundatione Rheni retardatus, ſerius opinioẽ primo Moguntiam, vbi parum ſubſtitit, poſt VVormatiam Vangionũ vrbem peruenit. Eo loci potiſſimum conuentum celebrari placuit, quod vrbs lacera quidem, atcꝫ ruinis deformata, in fertili tamen ſolo poſita, plurimum commeatus habet, recꝫ cibaria copioſa

oſa, pari interuallo a ſuperiori- bus, inferioribus Germanis di- ſtet. *Vuormatia.*

Sed hic addam vnũ, quod ſi lentio pene p̃terijſſem. Tametſi oẽs Imperatores a Carolo quar- to, atq; plures ante eundem p̃ro gatiua primariarũ precũ, abſq; vllius conceſſu, aut ipſa fauſtiſſi- ma coronationis die, aut mox p- oſt ſine dilatione vſi, tamẽ ea res his noſtris tẽporibus in vnũ, al- terumq́; annum, contra Baſilieñ concilij ſanctionẽ, ob neſcio quẽ metum, pene ad deſperationem extracta fuit. Sicq́; paruo tempo re mutata ſunt magnarũ rerum momenta. *Primariæ Preces.*

Quę vero in magno conuen tu, vbi Principes tanta frequen- *Strictim de conuentu Vuormatienſi.*

tia ,quanta nunquam antea con gregati fuere acta, ea fermeſunt huiuſmodi. Quia nulla re niſi conſilio, domeſticaq́ꝫ cõcordia vaſtiſſimæ Turcarum poten= tiæ, qui quaſi ſignis poſitis reli= quijs proſtratę Europæ inſulta= re videntur, cæteriſque Imperij ęmulis reſiſti poterit, Nec impe rator perpetuum a florẽtiſſimis regnis Hiſpaniarum abeſſe pote rit, actum de creando ex omni= bus ſtatibus Imperij concilio at= que regimento ,penes quod ſum ma rerum, perpaucis regalibus iuribus demptis, Cæſare extra Germaniam exiſtente, foret.

Regimen= tum dele= ctorum ex claſſibus imperij.

Antiquæ quoque LL. pacis pro pe abolitæ, nouarum adiutorio fulcitæ, quibus perpurgaretur ali=

aliquando Germanica natio, nõ magis tamen graſſatorum crudelitati, quam monopoliorum fœneratorumque inexplebili rapacitati obnoxia.

Actumque vt via præſtruatur hoſtibus ne vlterius temerarias manus ſacro Romano Imperio iniſtiant, vt ſtata, fixaque erigantur tribunalia Cæſarea, vbi pari conditione priuatis, atque Prĩcipibus æquabile ius dicatur, iuſticiamq́ꝫ expeditam collitigantes (ne in mortalibus litibus conterãtur) obtineant. Et cũ ſtatus Reipub. reb. iudicatis maxime continẽtur, vt decreta perceleriter executioni demandẽtur, tali ad reperta via aliqua ne opus ſit, *Iudicium Cameræ.* *Executio ſententiarum.*

ad

ad intẽpeſtiuas execrationes di-
raqꝫ anathemata Pontificum, ve
luti ſubſidiarias ſuppetias confu
Moneta. gere. Conſultatũ inſuper de mo-
neta, ſic per vniuerſum Imperiũ
flanda, cudendaqꝫ, ne ſemper in
enorme contrahentium diſpen-
dium incerta æſtimatioẽ fluctu-
et, atqꝫ vacillet, auaroſq́ꝫ fœne-
ratores ad lucrum nephandum
inuitet, vt gula, veſtiumq́ꝫ non
neceſſarij ſumptus in ordinẽ re-
digantur: tuba etiam ſigno pub-
lice in foro dato edicto Imperia-
li ſub exilij, cuius nulla ſperanda
abolitio, pœna prohibitum, ne
Contra in autorata arma. pedeſtris, equeſtriſq́ꝫ Germanię
iuuentus, corruptiſſimo more ſe
contra publicam autoritatẽ, pro
ſcrupulo argenti elici pateretur,
manci

mancipiorũq́ more, ab hoſtib. contra patriam conduci ſinerẽt. Cum hoc de induſtria, dataq́ opera, quemadmodum ſæpe cõpertum fiat, vt quaſi ad lanienã ducti, inuicem cõmittantur, mutuoq́ in viſcera ruant. Satis eñ ea in re præteritis diebus voluptatis ęmulis noſtris exhibuimus Hoc etiam fõte vnico inauturatorum armorum omnium ſceleratorum turba vbiq́ ſcatet. Tractatum præterea, quo potiſſimũ tempore, quibus, quantisq́ copijs, quo ordine expeditio Italica, non minus neceſſaria, quam in Tracas Dardaniam, aut Miſiam pro coronatione, recuperãdisq́ his, quæ Imperio magis dolo, atque fraude, quam vi, aper-

toq́

toq; Marte adempta. Multa alia inſuper ad conſtituendam Rem pub. vulneraq; eius procurãda prouidentiſſime conſulta, quæ nunc non eſt narrandi locus: dicam aũt alias latius, exactiusq;. Conſultantibus Principibus ne iuuentus interim ocio marceſſeret, indici Cæſar ſpectacula iuſſit, propoſitis premijs, conſtitutisq; iudicibus, haſtis in foro publice de virtute certatum. Cæſar etiam cum nobiliſſimis Principibus, equis eximiæ velocitatis inſidentibus, fugacem pugnam Sarracenicam, iucundiſſimum ſpectaculum exhibuit, ſæpe Cæſare in recentes equos ex feſſis, mira agilitate tranſſultante. Sub idem tempus Gallorum

Indicta ſpectacula.

rum machinatione incurſionibus crebris, temere irritata fœdera, ſeroq́; Principes per epiſtolas efficere conati, vt vtrinq; rediretur in gratiam, ſed re multifariam per Gallos male geſta, plus cladium, quam intulerunt, acceperunt. Nec dubito crebris victorijs contuſos criſtas, quas plus nimio ſuſtulerunt demiſſuros, prægrandisq́; aquilæ iuſſionibus, cuius iuſtam indignationem excitarunt, tandem parituros, Imperiumq́; comiter obſeruaturos. Pridie q̃; abiret Cæſar, libri Lutheri Theologi tanq̃; nouatoris, pollutorisq́; priſcarũ ceremoniarum, ne animi hominum auocarẽtur a Pontificũ inſtitutis, ante palatium poſt tu- *Deuſti lib. Lutheri.*
bici

bicinum concentum, facto igne publice, recitatisq́ decretis Cæſaris cremabantur. Soluto conuentu, Rheno Cæſar deſcẽdens, Moguntiæ ad aliquod dies moram traxit. Ferunt Franckfordiẽn. ſpem quidem aduentus ſui feciſſe, ſed non fuit eius commode præſtandi facultas.

Compotes igitur votorum facti, atque tam magno honore a Carolo honorati: Cumq́ ſub tutela manſuetudinis ſuæ acquieſcẽtes, plena libertate fruimur, palamq́ perſpicimus verbis ad promiſſa re præſtari, Cæſarem nihil, præter diſpenſandi laborem, ſibi vẽdicaſſe: nihilq́ Maieſt. ſuam tam cupere, q̃ Rempub.

pub. ęquabili iure ſtabilire, militarem diſciplinam reformare, vicia acriter vindicare, virtuteſq́; benigniſſime fouere: deniq; in omnibus ſummi Imperatoris ſpecimen oſtendere. Propterea illuſtriſſimi Principes, cum vos maxime deceat immobilis fidei puritas, ſynceręq́; deuotionis affectus, ſi rem recta reputaueritis via, omni pectore incumbendũ ẽ ad fortiſſimos Caroli conatus promouendos, non Cæſarem, neq; remp. immo nec voſmetipſos (qui nõ ſalua rep. ſubſiſtere vlla cõditione poteritis) fruſtrabimini. Neq; de leuiſſimis rebus cauſando, oportunitates optimas corrumpi ſinetis. Proinde ęquum eſt, nos omnes pro inui-

ctiſs. Cæſaris noſtri ſalute, per-
petuaq́ incolumitate oĩbus delu
bris votis excubare, Deumq́ im
mortalem oĩ mente comprecari
vt cũ penes Carolum, tum homi
num, tum Dei conſenſus, maris,
terrarumq́ habenas eſſe volue-
rit, vt Cęſarẽ fauſtiſs. auſpitijs cõ
ronatũ, diuturna vita, æternaq́
maieſtate ſeruet, actuoſamq́ viã
ingreſſo diuina ſuffragatioẽ cle-
mentiſſime adſit, valere nunc, &
ſemper, perq́ eum res Reipub.
Chriſtianæ, nationisq́ Germa-
nicę meliores, auctioresq́ fieri,
de hoſtibus (effuſo a cœleſtis cõ
cordię ſinu, inter Satrapas amo-
re mutuo) triumphare, & in ſplẽ
dore gloriarum conſene-
ſcere ſinat.

FINIS.

Mameranus Lectori.

ET in fine huius libelli, paginæ aliquot vacaturæ cum eſſent, ne inanes precio ab emptore redimerētur, id quod fraus & iniquitas eſſet, curauimus eas graui quodam & elegāti carmine Hieronymi Balbi Epiſcopi Gurcenſis de futuris CAROLI .V. iam tum coronati Cæſaris ſucceſſibus, quod ab eodem argumento non abhorreret, ſuppleri.

Quod boni conſule, ac Vale.

HIERONYMI BALBI EPISCOPI GVRCEN. DE FVTVRIS CAROLI .V. CAESARIS AVG. SVCCESSIBVS VATICINIVM,

NOx erat, & puro radiabant lumina cœlo,
Roſcidaq; in bijugis luna nitebat equis.
Cum me nocturnis operantem ſacra Camœnis,
Curarum domitrix, cæperat alta quies.
En Phœbus uiridi redimitus tempora lauro,
Eſt uiſus noſtro limine ferre pedem.
Clara ſerenato lampas fulgebat ab ore,
Plurimus in toto corpore ſplendor erat.
Aurea Cæſaries longa ceruice fluebat,
Hærebant lateri munera grata lyræ.
Pectine qui cytharam ſimul ac percuſsit eburno.
Fatidico tales ædidit ore ſonos.
Heus, mihi quàm uanum eſt humanis fidere rebus,
Quàm uanum eſt ullo ponere certa loco,
Cum rotet ambiguo fortuna uolubilis orbe,
Quæq; ualent, fato ſæpe iubente, ruant.
En tibi Cæſareis celeberrima Roma triumphis,
Protulit in geminos quæ ſua ſceptra polos.
Septenis urbs alta iugis de culmine tanto
Excidit, innumeris exagitata malis.

Hæc

Hæc Arabas, Medos, gracilesq́; coërcuit Indos,
Teq́; ſagittifera Parthe ſuperbæ fuga.
Paruit hinc lapſus ſeptena per oſtia Nilus,
Turbidus & rapta factus Oaxis aqua.
Paruit & toto diuiſa Britannia mundo,
Et poſita Eoo littore Tabrobane.
Vtq́; altum excreuit paruis à ſedibus orta,
Sic lapſa eſt, imo præcipitata gradu.
Nec licuit duri uitare pericula caſus,
Cum ratio fatum uincere nulla queat.
Indæ Scythæ, Gottiq́; truces, & durus Alanus,
Proxima Rephæo qui colit arua iugo.
Cæde, fuga, flamma, Latios fregêre Penates,
Ipſaq́; ab hoſtili eſt Roma peruſta face.
Aſpice, nunc alijs infeſtus miles ab oris,
Vt ruat in clades Auſonis ora tuas.
Hinc properat latis audax Hiſpania terris,
Hinc Italas Galli depopulantur opes.
Inde furit denſis pubes Germana maniplis,
Hinc eques, inde pedes pronus ad arma ruit.
Appulus & Sanus, iunctusq́; Sabinus Hetruſco,
Sentit uicinis claßica pulſa locis.
Agmina collatis coëunt in prælia turmis,
Aeſtuat audita militis ira tuba.
Cæde madet tellus, ſqualent populatibus agri,
Et cremat innocuas hoſtica turba caſas.
Tecta rigent denſis ueluti uallata ſagittis,
Et graue muralis machina pulſat onus.
Vix urbes miſeri uallo, portaq́; tuentur,

Hæc quoq; habent hoſtes, quoq; uetantur, eunt.
Quiſq; tamen poſito ſumat noua gaudia luctu,
Nullaq; funeſtus contrahat ora dolor.
Nam iam læta redit uultu fortuna ſecundo,
Iam remeat pulſa nube ſerena dies.
Carolus in toto Phœnix uelut unicus orbe,
Auſpicijs reuehet proſpera fata ſuis.
Hic caput Imperij repetet, domitisq; Tyrannis,
Eximet à turpi colla ſubacta iugo.
Victricesq; aquilas Capitoli ſede locabit,
Nec niſi Romanum, quod uereamur, erit.
Sed ſimul ac uincet, uictis ſua iura remittet
Carolus, ut bello, ſic pietate prior.
Vincit enim ut uictis ignoſcere poßit, & illa,
Qua gerit, hac gaudet ponere tela manu.
Patris non Domini ritu, complectitur omnes,
Qui ueniam lapſi ſupplice uoce rogant.
Et quàm Marte ferox, domito tam mitis in hoſte,
Moribus exæquat clara trophæa ſuis.
Hoc Duce libertas Latium migrabit in orbem,
Paxq; erit, & pacis fida miniſtra quies.
Candida pax olea cinget ſacra tempora Regum,
Candida pax Proceres in ſua iura trahet.
Gloria Pontificis, cui dat clementia nomen,
Creſcet, & eximium ſurget in aſtra decus.
Quæq; proceloſo nunc fluctuat æquore puppis,
Ducet inoffenſas peruia tuta uias.
Aſt ubi ſecura populos in pace locarit,
Qui gemino claudit littus utrunq; mari.

Nil ille in Turcas ceſſabit Marte feroces
  Sancta ſalutiferæ ponere ſigna crucis.
Et cum fratre pio communem raptus in hoſtem,
  Delebit populos (nec mora longa) truces,
Qui licet immites æquent feritate Cyclopas,
  Et rigida durum Gorgone pectus alant.
Hi tamen, (ô facinus, noſtriq; ô dedecus æui)
  Cladibus Eoos, Heſperiosq; premunt.
Hosq; Syri metuent, Arabes, & Cares, & Indi.
  Atq; Semiramia mœnia ſtructa manu.
Carmanisq;, Cilixq; & longè cultor Imaui.
  Aequa nec hoſpitibus Taurica terra ſuis.
Quaq; fluit Ganges, Auro qua turbidus Hermus,
  Tygris & Eufrates quæ loca culta rigant.
Iamq; Aſia domita, ſpolijs orientis onuſti.
  Europæ in medio bella cruenta gerunt.
Nec Thracas domuiſſe ſat eſt, Hemumq; niualem,
  Fregiſſe & uires Græcia docta, tuas.
Meſia uicta iacet, iacet ingens Illyris ora,
  Flexaq; montanæ brachia Dalmatiæ.
Pannonij ſubiêre iugum, ſubiêre Liburni,
  Et quos præterea longa referre mora eſt.
Iamq; iter ad Rhenum, fontemq; binominis Iſtri,
  Enſe cruentato trux Solimanus agit.
Hocq; magis ſitiens, quo plus bibit ille, cruores,
  Paſcitur è noſtris, luxuriatq; malis.
Dira quoq; in Superos, ſæuorum more Gygātum,
  Bella gerit, nullum dum putat eſſe Deum.
Carolus hoc monſtrum cœleſtis robore clauæ

Sternet, & in Stygias præcipitabit aquas.
Et ſimul Arctoo Rex Ferdinandus ab axe,
Arma geret, fratri conſocienda ſuo.
Occidet extincto Mahometica ſecta furore,
Notus erit toto uerus in orbe DEVS.
Qua Boream ſpectat ſublimis ab æthere uertex,
Qua tepet aduerſi mitior aura poli.
Quaq́; oriens dat ſigna dies, qua ueſpere ſero
Lapſus, in æquoreas præcipitatur aquas.
Suſpicient pura natum de uirgine Chriſtum,
Miſſaq́; de ſupero myſtica ſacra polo.
Tunc belli finis, requiesq́; optata malorum,
Tunc nihil infeſti, quod uereamur, erit.
Hæc tibi Phœbus ego, ſuperis delapſus ab oris,
Euentura ſono uaticinante cano.
Voce DEI monitus te lux clariſſima mundi,
Alloquor, inq́; ſacros ora reſoluo ſonos.
O decus Auſtriacæ, ſpes & noua gloria gentis,
Proxima qui magno cum Ioue regna tenes.
Cuncta tuo pendens à Numine, machina mundi,
Tota humeris cepit nunc onus eſſe tuis.
Tu clarum afflictis lumen mortalibus affers,
Et nitidum toto ſpargis in orbe iubar.
Tu Senonum ſtrages, & Cymbrica dãna rependes,
Tu Totile flammas, Vandalicumq́; nephas.
Tu Mauſolæi redimes pia templa ſepulchri,
Sacraq́; barbaricas non bene paſſa manus.
Turca ferox dabit ora tuo nectenda capiſtro,
Atq; Boriſthenio Tartarus orbe nocens.

Inſig-

Inſignemq́; feres ſuperato ex hoſte triumphum,
Quæ ritu ueteres, inſtituiſtis aui.
Qualis ab edomita uictor Tyrinthius hydra,
Qualis & Eoo Bacchus ab orbe tulit.
Alta triumphali ſcandes Capitolia curru,
Quatuor in niueis conſpiciendus equis.
Ferdinandus ouans curru ſublimis eodem
Frondenti lauro tempora uincta geret.
Præcedent diris onerati colla cathenis.
Sanguineas uincti poſt ſua terga manus.
Qui ſcelerata colunt Mahometæ ſacra nephandi,
Pro falſisq́; gerunt bella pudenda Deis.
Præcipue Turcæ, domita ceruice ferentes,
Vincula, qui noſtris gentibus horror erant.
Fercula ducentur celebri ſolennia pompa,
Cum titulisq́; legent oppida capta tuis.
Fluminaq́; & ueros ſimulachra imitantia mores,
Armaq́; per cumulos, telaq́; iuncta ſuos.
Ornabis ſacras ſpolijs hoſtilibus ædes,
Virtutiq́; feres tot monumenta tuæ.
Curia gaudebit patribus ſtipata uerendis,
Plebs, eques, ora, manu, proſpera ſigna dabunt
Et lætum Pæana canent duo fulmina belli
Auſtriades, ſuperis regna ſecūda tendunt.
At tuus argento chlamydem contectus & auro
Miles, Io, magna uoce triumphe canet.
Dicite Io, fœlix, Pylios dominetur in annos
Carolus, & noſtro ſemper in ore ſonet,
Dicite Io, fauſtos quibus hoc ſub Principe naſci

Contigit, & tanto Numine poſſe frui.
Dicite Io, longum Rex Ferdinandus in æuum
Floreat, & fratri proxima ſceptra ferat:
Auſtriacosq; Duces ſolitis circumuolet alis,
Gloria, quæ ſolis luſtret utramq; domum
Ipſe pio cultu ſolennes pronus ad aras
Propitio reddes debita uota deo.
Coſtum molle fluet, paſſim ſpargetur Amomum
Et quæ ſepoſitus munera mittit Arabs.
Aſt ubi iam manibus purgatum ſanxeris orbem,
Clauſeris & firma bellica templa ſera.
Priſca renaſcentur meliori templa metallo,
Et ſenio poſito iam nouus orbis erit:
Sic renouat ueteres ales Gangetica nidos,
Quæ perit ut uiuat morte ſecunda ſua.
Iuſtitia æthereas tandem delapſa per auras
Pollutam nulla labe reuiſit æuum.
Inſiliet ſtricto nuſquam ſicarius enſe,
Præda nec innocuas quæret auarus opes:
Non ſtruet inſidias fido delator amico
Præda nec ullius plena cruoris erit.
Captator fumos populo non uendet inanes
Credula quem foueat ſimplicis aula ducis
Nullus in aduerſos tendet ſua brachia fluctus,
Cum liceat facili currere cuiq; uia.
Hæc ego Pieria referam ſecurus in umbra,
Sit licet exiguo paruus in ore ſonus
Sed tamen ingenij quicquid de paupere uena
Fluxerit, id uotis ſeruiet omne tuis.

Diui

Dum ſol uoluetur rapido contrarius orbi,
Lunaq; fraternis obuia ſiet equis:
Te ſuper aſtra uehet ſublimi gloria penna,
Tantus ineſt Muſis, carminibusq; uigor.
Carmina non metuunt carioſæ damna ſenectæ,
Illa licet rapido gutture cuncta uoret.
Quod mihi ſi placida facilis deus annuet aura,
Hos repetam cantus uberiore lyra.
Lætarum interea mea ſit prænuncia rerum,
Muſa per æthereas cardine lapſa uias.
Alitibusq; bonis uenientia fata renarret,
Quæ tibi de niueo uellere Parca trahit
At tu Phœbe pater certis qui legibus æui,
Quæ ſunt, quæ fuerant, quæq; futura canis:
Iſta tuo monitu cum ſum uentura locutus,
Adiice carminibus pondera digna meis.
Nilq; ſit in terris occaſu ſolis ad ortum,
Quod non Auſtriadum ſub ditione fluat
Sic fore uaticinor, moneoq; fauete monenti,
Vtq; hæc ſint ſtabili credita uerba fide
Præſcia ſigna ferat, uenturaq; omina fati
Proximus auroræ uectus ab axe dies.

PRINCIPES PLEBEIS CLEMENTIORES ESSE.

QVo quiſq; animo generoſior eſt, hoc plerumq; mitior eſſe cõſueuit, clementiorq́;, veluti in Principibus videre eſt, qui ſunt plebeis vt plurimum clementiores, magisq́; lenes ac mãſueti. De qua re elegans Carmẽ apud Ouidium eſt de Triſtib. lib. iij. Eleg. iiij.

Ouid.

Quo quiſq; eſt maior, magis eſt placabilis iræ,
Et faciles motus mens generoſa capit.
Corpora magnanimo ſatis eſt proſtraſſe leoni,
Pugna ſuum finem, cùm iacet hoſtis, habet.
At lupus & turpes inſtant morientibus urſi,
Et quicunq; minor nobilitate fera eſt.
Quæ ducis Emathij fuerit clementia, Pharos,
Præclariq; docent funeris exequiæ.

Hoc quenque peccare grauius, quo in dignitatum ac honorum

rum, officiorũq; eminentia maior eſt & excellentior, quod eleganter Iuuenalis his duobus verſiculis docet,

Omne animi uitium tantò conſpectius in ſe
Crimẽ habet, quantò maior, qui peccat, habetur. *Iuuenalis.*

Longam vitam, longam dolorum eſſe colluuiem, ex eodem,

Iuuenalis.

Nam quid longa dies homini, niſi longa dolorum
Colluuies: longi patientia carceris, ætas
Longior: eſt curſus uitæ labyrinthus: in ipſum
Ex ütero ingredimur: per limina mortis abimus.

DE CONSTANTIA

ET FOELICITATE IVSTORVM: ac trepidatione atque anguſtia impiorum, ex Sap. lib. Cap. .V.

NVnc ſtabunt iuſti in magna conſtãtia aduerſus eos, qui ſe anguſtiauerunt, & qui abſtulerunt labores eorum. Videntes turbabũtur timore horribili, et mirabuntur in ſubitatione inſperatę ſalutis, gementes præ anguſtia ſpiritus dicentes intra ſe: pœnitentiã agentes, & præ anguſtia ſpiritus gementes. Hi ſunt quos habuimus aliquando in deriſum, & in ſimilitudinem improperÿ, nos inſenſati uitam illorũ æſtimabamus

inſa

inſaniam & finem illorum ſine honore. Ecce quomodo computati ſunt inter filios Dei, & inter ſanctos ſors illorũ eſt. Ergo errauimus a uia veritatis, et iuſtitiæ lumẽ non luxit nobis, et ſol intelligentiæ nõ eſt ortus nobis: Laſſati ſumus in via iniqtatis, & perditionis, & ambulauimus vias difficiles, viam aũt Dñi ignorauimus. Quid nobis profuit ſupbia? aut diuitiarũ iactantia quid cõtulit nobis? Tranſierunt oĩa illa tanq̃ vmbra & tanq̃ nuncius pcurrens. Talia dixerunt in inferno, hi qui peccauerũt: Iuſti autem in perpetuum viuent, & apud Dominum eſt merces eorum. &c.

SPECIAL 88-B
29824